

I.  
S A C R Æ

MEDITATIONES,


Q U Æ S

PER PLURES TRAGŒDIAS

olim in Scenam, nunc in Lucem  
publicam dedite

JOSEPHUS RESCHIU S,

Episcopalis Gymnasij Brizinenſis  
Præſectus, & Rhetoricæ  
Profeſſor.



VENETIIS, MDCCLII.

APUD LAURENTIUM BASHIUM.

SUPERIORUM PERMISSU.

IV.

Catalogus Professorum  
ecclesiasticorum Brizensis  
Diocesis anno 1808.  
Brizis.

V.

Roma Ferdinandi  
Cæsarum in Moravia De-  
scriptio ad Jubæam  
Alexandriam. Fran-  
cforti 1550.



*Tragædia I.*

PECCATOR DEICIDA

IN COLONO

EVANGELICO

Homicida obumbratus,

Et in pia Meditatione in Scenam datus  
verni Jejunii tempore,

*Coram Celsissimo ac Reverendissimo*  
*D. D.*

CASPARO IGNATIO  
EPISCOPO

*Et S. R. I. Principe Brixinensi, a Con-  
gregatione Studioforum Episcopalis  
Gymnasi Brixinensis, sub titulo &  
patrocinio B. V. M. ab Angelo saluta-  
te, 1745.*



# SYNOPSIS<sup>5</sup>

## Et Divisio Tragediæ.

*Argumentum ex Evangelio.*



Omo erat Paterfamilias, qui plantavit vineam, & septem circumdedit ei, fodit in ea torcular, ædificavit turrim, locavit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. Et agricolæ apprehensis servis ejus alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos plures prioribus, & fecerunt eis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum dicens: Verebuntur filium meum. Agricola autem videntes filium dixerunt intra se: hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem ejus: & apprehensum eum ejecerunt extra vineam & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? *Matthæi cap. 21. v. 33. item Luca c. 20. v. 9. Marci c. 12. v. 1.*

Poesis hujus Evangelicæ parabolæ incipit a rebellionis agricolarum in Filium-



6 *Synopsis & Diviso Tragediæ.*  
familias, cujus cædes hic non supponitur prima jam vice absoluta, sed lethali duntaxat vulnere incohata, & consummata demum in ultima catastrophæ.

Scena igitur in villa vineæ Patrissamilias.

*Prologus Musæus.*

**D**ivina Justitia ad vindictam a peccatoribus sumendam irritata.

*Actus Primus, seu Meditationis Punctum Primum.*

Scena I. Colonus Evangelicus totidem peractis cædibus nequior, II. a Filiofamilias correptus, non correptus, III. adhibito suorum agricolarum ministerio, IV. eundem per insidias deprehensum lethali vulnere perstringit.

*Reflexio super Meditationis puncto I. instituta ab Angelo Custode sub nomine Azariæ cum Ananiam cuiusque peccatoris sub nomine Protei.*

*Actus, seu Punctum II.*

Scena I. Adventu Patrissamilias, II. factam, ut putabat, filii sui eandem deploratis, III. & per suos satellites, IV. in cædis authores inquirentis, V. territi agricolæ, VI. præsidium.

*Re-*

*Synopsis & Diviso Tragediæ. 7*  
*Reflexio Azariæ & Protei in punctum II.*

*Actus, seu Punctum III.*

Scena I. Colonus desperabundus, II. & a satellitibus in vincula coniectus, III. iudicij sistitur Patrissamilias. IV. qui a lata mortis sententia nequicquam dimovendus, V. adducto tamen Filiofamilias, qui semianimis inter vineæ dumeta inventus est, mitiora edoctus, eundem a multâ mortis absolvit, cum a suo filio & vitam & sanguinem velut hostiam pro hostibus Agricolis offerri cerneret. VI. Colonus hoc portento denique commotus ad meliorem frugem redit.

*Reflexio supra Punctum III. & Prologum practicum in universam Meditationem.*

*Epilogus Musæus.*

Justitia oblato per Misericordiam sanguine mitigata.



## PERSONÆ.

COLONUS EVANGELICUS.

PATERFAMILIAS.

FILIUSFAMILIAS.

PATRONUS COLONI.

AGRICOLA ET SATELLITES.

AZARIAS ET PROTEUS.

In musica aurem *Justitia & Misericordia Divina*, uti & *Umbra interfectorum*.

## PROLOGUS MUSICUS.

*Justitia Divina, & Umbra servorum Paterfamilias, quos Agricola dederunt neci.*

**U**mbra I. in Basso recitativo. *Vindica Domine Sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est. Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas suas in sanguine. Innociscat in nationibus ultio sanguinis servorum tuorum, introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.*

*Omnes Umbra in cantu, ut vocant, Contrapuncto. Sub throno Dei omnes Sancti clamant: vindica sanguinem nostrum Deus noster.*

*Justitia Div. Recit. Adhuc sustinete modicum, donec impleatur fratrum vestrorum numerus.*

*Aria in Canto.*

**U** lionem,  
Et mucronem  
Soli mihi vindico:  
Solum Dei  
Juris mei  
In homines est ultio.  
Damnabo,

A 5 NE-

PRO-



*Prologus Musicens.*

Necabo.

Hoc spectat ad me.

Damnare,

Necare.

Non spectat ad te.

2. Ego neco.

Ego feco.

Dominus mortificat.

Inconculsa.

Sunt iusta.

Dominus vivificat.

Hanc almam.

Vicet palmam.

Clementiæ pax.

Vicet atrum.

Theatrum.

Iustitiæ fax.

*Umbra. I. Recit.* Nos sumus oves præ  
teuæ tuæ, redde vicinis nostris sepu-  
plum, & confitebimur tibi in sæculum

# ACTUS I. SCENA I.

*Colonus & Agricola.*

*Colonus.* **G**audete in Domino semper,  
iterum dico gaudete (a). Iterum  
Arcus forium superatus est (b). Iterum  
dico gaudete. Leo cepit sufficienter ca-  
tulis suis: implevit præda speluncas, &  
cubile suum rapina (c), iterum dico  
gaudere. Manus nostra excelsa fecit hæc  
omnia (d).

*Agric. I.* Dexteræ tuæ Domine magni-  
ficata est in fortitudine, dexteræ tuæ Do-  
mine percussit inimicum, & in multitu-  
dine gloriæ tuæ deposuisti adversarios  
tuos (e).

*Agric. II.* Quis similis tui in fortibus  
Domine: quis similis tui? (f)

*Colonus.* Lætabor & exultabo (g): sicut  
exultant victores capta præda, quando  
dividunt spolia (h).

A. 6. *Agric.*

(a) *Phil.* 4. (b) *1. Reg.* 2. (c) *Nabum.* 2.

(d) *Dent.* 32.

(e) *Erodi.* 15. (f) *ibid.*

(g) *Psalms.* 9. (h) *Isaie.* 9.



*Agric. I.* Linguam nostram magnificabimus: quis noster Dominus est? (a)  
*Agric. II.* A Deo abscondat, & ex summo quis mei memorabitur? (b)

*Colon.* Non est Deus (c), non est scientia Dei in terra (d), & si est scientia in excelsis (e). Oblitus est Deus, non requirit (f). Peccavi, & quid mihi accidit triste? (g) Dum tempus habitamus (h), fruamur bonis (i).

*Agric. I.* Venite ergo, & fruamur bonis, que sunt, & utamur creatura tanquam in juventute sceleriter, vino precioso nos impleamus, & non pretereat nos tempestas (k).

*Agric. II.* Coronemus nos rosis, anquam marcescant, nullum superatum, quod non pertranscat luxuria nostra. Ubique relinquamus signa latitæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est fors (l).

*Colon.* Vadam, & assuam delictis, & fruamur bonis (m), & erit sicut heri, sic & cras, & multo amplius (n). Admavi quippe alienos, vadam, & post eos vadam: ambulabo (o).

S.C.E.-

## S C E N A II.

*Colonus & Filiusfamilias.*

*Filius.* **Q**uis est iste, involvens sententias sermonibus imperitis? (a)

*Colon.* Nunquid ego canis sum, quod mihi venis ad me cum baculo? (b)

*Filius.* Sermo mihi est ad te (c): ausculta, quod loquor (d).

*Colon.* Quis est iste sermo? (e)

*Filius.* Pater misit me (f) filium suum unigenitum (g), ut ab agricolis acciperet de fructu vineæ (h). Hæc dicit Dominus (i): Ego plantavi vineam, vineam electam, omne semen verum; quomodo ergo conversa es mihi in prævum vinea aliena? (k) Hic est sermo, quem præcepit Dominus (l).

*Colon.* Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus? Nescio Dominum (m).

*Filius.* Utsuquo loqueris talia? (n) Oblitus es Domini tui, (o) cui servi-

re.

(a) *Psal.* 11. (b) *Ecc.* 16. (c) *Psal.* 13. (d) *Iob* 38. (e) *I. Reg.* 17. (f) *I. Reg.* 2. (g) *Osea* 4. (h) *Psal.* 72. (i) *Psal.* 113. (j) *Gen.* 23. (k) *Dan.* 13. (l) *Ionn.* 4. (m) *Ecc.* 5. (n) *Gabat.* 6. (o) *I. Sap.* 2. (p) *I. Iohn.* 4. (q) *Luc.* 20. (r) *Ier.* 30. (s) *ibid.* 2. (t) *Ezech.* 16. (u) *Ezech.* 5. (v) *Iob* 8. (w) *Dan.* 32.



re potissimum debueras (a) in conspectu omnipotentis (b).

*Colon.* Quis est omnipotens, ut serviamus ei? (c)

*Filius.* Quæ est fiducia, qua confidis, aut quo consilio aut fortitudine rebellare disponis? Confidis super baculum arundineum (d).

*Colon.* Nunquid Rex noster eris, aut subjiciemur ditioni tuæ? adorabimus te super terram? (e)

*Filius.* Superbia tua ascendit in aures meas, ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labiis (f). Pater meus plantavit vineam (g), plantavit eam electam (h), ædificavit turrim in medio ejus, torcular extruxit in eam (i). exspectavit ut faceret uvas, & fecit labruscas (k). Diffamatus es, quia dissipasses bona illius (l).

*Colon.* Audivi sermones tuos, que locutus es ad me (m). Audi, & egrediar (n). Consummata est vindemia ultra non veniet (o): non erit ara in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea (p).

*Filius.*

- (a) *Ios.* 24. (b) *Exod.* 34. (c) *Iob.* 1.  
 (d) *Isa.* 30. (e) *Gen.* 37. (f) *Isa.* 54.  
 (g) *Luc.* 20. (h) *Isa.* 5. (i) *Matth.* 21.  
 (k) *Isa.* 5. (l) *Luc.* 16. (m) *1. Reg.* 14.  
 (n) *Iob.* 42. (o) *Isa.* 32. (p) *Ier.* 8.

*Filius.* Hæcne reddis Domino? nonne hæc credita sunt apud te, & signata in thesauris meis (a). Ubi est ergo nunc præstolatio mea? (b)

*Colon.* Præstolatio tua non auferetur (c).

*Filius.* Redde quod debes (d). Redde rationem villicationis tuæ (e).

*Colon.* Stipulam siccam persequeris (f).  
*Filius.* Amen dico tibi, non exibis inde, donec reddas novissimum quadranterem (g).

*Colon.* Domine, scio quia homo durus es: metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparisti: timens abii, & abscondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum est (h).

*Filius.* De ore tuo te iudico, serve nequæ. Sciebas quod ego homo austerus sum, & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? (i) Serve male & piger sciebas, quia meto ubi non semino, & congrego ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam nummulariis (k). Vade ad fornica[m] o piger, quæ cura non habeat ducem nec præceptorem nec principem, congregat in messe quod comedit. Uf- que-

- (a) *Dent.* 32. (b) *Iob.* 19. (c) *Prov.* 23.  
 (d) *Matth.* 18. (e) *Luc.* 16. (f) *Iob.* 3.  
 (g) *Matth.* 5. (h) *Matth.* 25. (i) *Luc.* 19.  
 (k) *Mat.* 25.



Coloni accedunt Agricole.

quequo piger dormies? homo apostata,  
vir inutilis (a). Ostendam quid ego fa-  
ciam vineæ meæ: auferam sapedem ejus,  
& erit in direptionem: diruam mace-  
riam ejus, & erit in concucationem  
(b). Expellam te de statione tua, &  
de ministerio tuo deponam te (c).

*Colon.* Contra folium, quod vento  
rapiunt, offendis potentiam tuam (d).  
*Filius.* Usquequo non vis subijci mi-  
hi? (e). Noli esse sine metu; subito  
enim veniet ira illius, & in tempore  
vindictæ disperdet te (f). Quia voca-  
vi, & renuistis, desperatis omne confu-  
sionem meam, & increpationes meas ne-  
glexistis, ego quoque in interitum vestro  
ridebo, & subsannabo, cum iruerit  
quod timebatis advenit, cum iruerit  
repentina calamitas, & interitus quasi  
tempestas ingruerit (g). Quando vene-  
rit super vos tribulatio & angustia  
tum invocabunt me, & non exaudiam  
(h).

SCE-

*Colon.* Quid faciam? quia Dominus  
meus auferet a me villica-  
tionem. Fodere non valeo, mendicare  
erubesco. Scio quid faciam (a). Veni-  
te filii, audite me (b). Qui fidelis est  
in minimo, & in majori fidelis est (c).  
*Agric. I.* Quid tibi vis? cur cla-  
mas? (d).

*Colon.* Tradidi sumus in mortem (e).  
Dominus meus auferet a me villicatio-  
nem (f).

*Agric. II.* Quis est iste, & ejus po-  
tentia, ut audeat hæc facere? (g)

*Colon.* Filium Dei se nominat (h).  
Iste est heres, venite, occidamus eum,  
& habebimus hæreditatem ejus (i).  
Veni nobiscum, insidiamus sanguini,  
abcondamus vendiculas. Sortem mittis  
nobiscum, marisippium unum sit omnium  
sortium (k).

*Agric. I.* Circumveniamus ergo ju-  
venem, quoniam inutilis est nobis, &  
609-

(a) Luc. 16. (b) Psal. 33. (c) Luc. 16.  
(d) Job. 18. (e) Esber. 7. (f) Luc. 16.  
(g) Psal. 7. (h) Sap. 2. (i) Matth. 23.  
(k) Prov. 1.

(a) Prov. 6. (b) Isa. 5.  
(c) Job. 3. (e) Exod. 10.  
(g) Prov. 16. (h) ibid. 1.



contrarius operibus nostris: impropere nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinae (a).

*Agric. II.* Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, gratia vis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius (b).  
*Agric. I.* Contumelia & tormentum interrogemus eum (c). Miramus lignum in penam ejus, eradamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur amplius (d).

*Agric. II.* Sic oportet fieri (e). Nolumus hunc regnare super nos (f). Quando morietur, & peribit nomen ejus? (g) Sanguis ejus super nos, & super filios nostros (h).  
*Colon.* Morte turpissima condemnemus eum (i).

*Agric.* Fies, fiat (k).  
*Colon.* Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite (l). Confidite locum ubi sit pes ejus (m).  
*Agric. I.* Quid vultis mihi dare? ego cum vobis tradam (n).  
*Colon.* Triginta argenteos (o).

*Agric. verisimili?* (k) Mirtē gladium tuum in vagina-

(a) Sap. 2. (b) *ibid.* (c) *ibid.* (d) *Ier.* (e) *Matth.* 26. (f) *Luc.* 19. (g) *Psal.* (h) *Matth.* 27. (i) *Sap.* 2. (k) *Psal.* (l) *Matth.* 27. (m) *1. Reg.* 27. (n) *Matth.* (o) *ibid.*

*Agric. II.* Ego, ego capiam, vadam & tollam, & non est qui eruat (a).  
*Agricola abenti.*

*Colon.* Persequar & comprehendam, dividam spolia, evaginabo gladium meum, interficiat anima mea (b). Quis me videt: tenebre circumdant me, & nemo circumspicit me, quem vercor? (c)

## S C E N A IV.

*Filiusfamilias, Colonus, & Agricola.*

*Colon.* Pse est, tenere eum (a).  
*Agric. I.* Venite, occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem (e).

*Filiusfamilias.* Quem queritis? (f) Quid contraus contra Dominum: (g) Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me (h).

*Agric. II.* Nunquid non repente consurgent, qui merdeant te, & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam? (i)

*Filiusfamilias.* ad *Colon.* Amice, ad quid venisti? (k) Mirtē gladium tuum in vagina-

(a) *Osee* 5. (b) *Exod.* 15. (c) *Eccle.* 23. (d) *Matth.* 26. (e) *Gen.* 37. (f) *Joan.* 18. (g) *Nab.* 1. (h) *Matth.* 26. (i) *Job.* 2. (k) *Matth.* 26.



ginant (a). Qui laqueum alii ponit, peribit in illo (b).

Colon. Scio quia morti trades me (c). Tu morieris (d).

Filiusfam. Heu mihi, (e) Cui loquar: quem confitebor ut audiat! (f) Heu mihi! Conclufit me Deus, femitam meam circumfepit, & transire non possum (g). O Domine libera animam meam, quia ecce irruerunt in me fortes, ceperunt animam meam (h). Venatione ceperunt me quasi avem ignominiam mei gratis (i). In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi (k) Captabant in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabant (l).

Colon. Jam nunc depone ornatum tuum (m). Detrahatur ex te fortitudo tua (n). Nanc immittam furem meum iuxta vias tuas (a).

Filiusfam. Obsecro, parce mihi (p) Colon. Non parceret oculus meus super te, & non miserebor (q).

Filiusfam. fletis supplex. Parce (r).

Agric. I. Tace, obmutefce (s). Non parcam.

Agric.

- (a) Iob. 18. (b) Eccl. 26. (c) Iob. 30. (d) 4. Reg. 29. (e) Psal. 119. (f) Ier. 6. (g) Iob. 19. (h) Psal. 114. (i) Iob. 3. (k) Psal. 141. (l) Psal. 93. (m) Exod. 33. (n) Am. 3. (o) Ezech. 7. (p) Iob. 7. (q) Eccl. 7. (r) Iob. 7. (s) Marc. 4.

Agric. II. Et ego non parcam ultra (a).

Colon. Fac vindictam in homine isto (b). Noli pati eum esse innoxium (c).

Filiusfam. iterato percussus. Quid feci tibi? cur percutis me jam tertio? Dic, quid simile unquam fecerim tibi? (d)

Colon. Tace, nequaquam ultra loquaris (e).

Agric. I. Velociter spolia detrahe, cito praedare (f).

Agric. II. Inter spolia pallium cocineum valde bonum (g) tolle tibi (h).

Agric. I. Omnes preciosam substantiam redimemus, & implebinus domos nostras spoliis (i). Haec est pars hominis impii a Deo (k).

Colon. Deglutiamus eum sicut infernus viventem & integrum, quasi descendentem in lacum (l).

21

R. E.

- (a) Zach. 11. (b) 1. Mach. 7. (c) 3. Reg. 2. (d) Num. 11. (e) Deut. 32. (f) Isai. 8. (g) Iof. 7. (h) 2. Reg. 2. (i) Prov. 15. (k) Iob. 20. (l) Prov. 16.



## REFLEXIO ANIMI.

Azarias &amp; Proteus.

**Azar.** Generatio prava & exaspersans, haccine reddis Domino popule stulte & insipiens? (a) Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui? Responde mihi (b). Dereliquisti Dominum Deum tuum, confraxisti jugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: non serviam (c). Popule meus, memento quaso, quia eduxi te de terra Ægypti, de domo servientium liberavi te. Misi ante faciem tuam meos Prophetas, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram, dicit Dominus. Maculastis manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. (e) Devoravit gladius vester Prophetas quasi leo vastator, & in alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum & innocentium (f). Jerusalem, Jerusalem, quare occidis & lapidas eos, qui ad te missi sunt (g). Popule meus, quid faciam adhuc?

(a) Deut. 32. (b) Mich. 6. (c) Jer. 2.  
(d) Mich. 6. (e) 4. Esdr. 1. (f) Jerem. 2.  
(g) Matth. 23.

adhuc? (a) Quid tibi faciam Jacob? Noluisti obedire Juda. Quid ultra debui facere tibi, & non feci? Nonne ego vos rogavi, ut essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum, vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? (b) Quoties volui congregare filios, quemadmodum gallina congregat pullos suos, & noluistis? (c) Nonne in deserto dedi vobis manna in escam: nonne cum sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ? Ego Cananaeos a facie vestra projecì, ego vos per mare transmeavi, ego dolui dolores vestros, vos autem mei obliti estis (d). Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas (e). Quid faciam vobis? usquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? projeciam vos a facie mea: quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam (f). Prot. Unde te habemus, bone juvenis?

Azar. Ex filiis Israel.

Prot. Rogo te, indica mihi, de qua domo aut de qua tribu es tu?

Azar. Genus quaris mercenarii, an ipsum

(a) Mich. 6. (b) 4. Esdr. 1. (c) Matth. 23.  
(d) 4. Esdr. 1. (e) Jerem. 2. (f) 4. Esdr. 1.



ipsum mercenarium? Sed ne forte sollicitum te reddam, ego sum Azarias magistri Ananias filius (a).

*Prot.* Ex magno genere es tu: sed peto, ne irascaris quod voluerim cognoscere nomen tuum (b). Utinam consumptus essem, ne oculus me videret (c).

*Azar.* Quare vultus tuus misis est? (d).

*Prot.* Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna ejus super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris: sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando Omnipotens erat mecum? (e).

*Azar.* Dereliquisti fontem sapientiæ: si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace sempiterna (f). Justitia elevat gentem, miseros autem facit peccatum (g).

*Prot.* Factus sum velut filius Belial (h) fetidus & male olens (i). Denigrata est super carbones facies, & facta est quasi lignum (k).

*Azar.*

- (a) Tob. 5. (b) Tob. 5. (c) Job 10.
- (d) 2. Esd. 2. (e) Job 29. (f) Bar. 3.
- (g) Prov. 14. (h) 1. Cor. 10. (i) 5. Reg. 15.
- (k) Job. 2.

*Azar.* Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, & egressus est omnis decor (a). Eras plenus sapientia, & perfectus decore; omnis lapis preciosus operculum tuum, smaragdus & aurum opus decoris tui (b). Eras corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui, donec saventa est iniquitas in te (c).

*Prot.* Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis (d). Unusquisque tentatur a concupiscentia sua: hac cum conceperit, patit peccatum, peccatum vero generat inortem (e).

*Azar.* Subtus te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius (f). Revela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse educet quasi lumen justitiam tuam, & judicium tuum tanquam meridiem (g). Sperantem in Domino misericordia circumdabit (h). Confitere Domino peccata tua (i); presbytero humilia animam tuam (k).

*Prot.* Terrores Domini militant contra me (l). Replevit me amaritudine, B inc-

- (a) Thren. 4. (b) Ezech. 16. (c) Is. 62.
- (d) Psal. 48. (e) Jac. 1. (f) Gen. 4.
- (g) Psal. 36. (h) Psal. 31. (i) Dan. 2.
- (k) Eccli 4. (l) Job. 6.



inebriavit me absynthio (a). In tenebris collocavit me, sicut mortuos sacculi (b).

*Azar.* Convertere ad Dominum, & relinque peccata tua (c). Revertere ad Dominum, & avertere ab injustitia tua. Revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te (d).

*Prot.* Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear (e).

# ACTUS SEU PUNCTUM II.

## SCENA I.

*Paterfamilias.*

**H**abitatores Jerusalem, & viri Juda, judicate inter me & vineam meam. Quid est, quod debui facere vineae meae, & non feci: an quod expectavi ut faceret uvas, & fecit labruscas. (a) Ego misi ad cultores servum, ut de fructu vineae darent illi (b): qui apprehensum ceciderunt, & dimiserunt vacuum (c). Placuit alterum servum mittere, illi autem hunc quoque cedere & afficientes contumelia dimiserunt inanem (d). Et placuit tertium mittere, qui & illum vulnerantes egerunt. Misi iterum alios servos plures prioribus, & fecerunt eis similiter (e). Adhuc ergo unum habens filium charissimum misi ad eos novissimum, dicens: quia verebuntur filium meum (f). Ubi est ergo nunc praestolatio mea: (g)

B 2 Puer

ACTUS

(a) *Tibren.* 3. (b) *ibid.* (c) *Ecclesi* 17  
(d) *Jer.* 3. (e) *Gen.* 4

(a) *Isai.* 5. (b) *Luc.* 20. (c) *Matth.* 12.  
(d) *Luc.* 20. (e) *ibid.* (f) *Matth.* 12.  
(g) *Iob* 19.



Puer non compater. (a). Quo abiit dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus: (b)

S C E N A II.

Raterfamilias, & duo Satellites.

Satelles I. Heu, heu, heu, Domine! (c)

Paterfam. Quid sibi volunt hæc? (d)  
Satel. I. In amantitudine est sermo meus (e). Sensus cordis mei turbati sunt in me. Ecce pervenit gladius usque ad aiamam (f).

Paterfam. Quid accidit? (g)  
Satel. I. Quod verberar accidit (h). Mirabilia facta sunt in terra (i). Omnia commissa sunt, sanguis, homicidium, furum & furtio, corruptio & infidelitas (k).

Paterfam. Quid vidisti? (l)  
Satel. I. Ego, ego sum, ego vidi (m). Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus celi, carnes Sanctorum tuorum bestiis terræ, effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu.

(a) Gen. 37. (b) Cant. 5. (c) Jer. 3. (d) I. Reg. 16. (e) Job. 23. (f) Jer. 4. (g) Jer. 48. (h) Job. 3. (i) Jer. 5. (k) Sab. 14. (l) I. Regum 16. (m) Jer. 5.

circuitu Jerusalem, & non erat qui sepelet (a). Acceperunt spolia in prædam (b), acceperunt vestimenta (c), diripueruntque substantiam, quæ inventa est (d).

Satelles II. Heu Domine. In me met ipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis (e).

Paterfam. Quanam res accidit? (f)  
Satel. II. Defecit anima mea propter interfectos (g). Maledictum & mendacium, homicidium & furtum innumeraverunt (h). Captivus ductus est populus (i) in gladio, in flamma, in rapina (k). Atque utinam solus perisset! (l) Effert tolerabile malum, & gemens tacerem (m).

Paterfam. Estne pax puero Abalon. (n)

Satel. II. Incidit in manus diripientium eum (o). Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius (p).

Paterfam. Quis est iste sermo, quem locutus es. (q) penetrabilior omni gladio ancipiti, & peringens usque ad divisonem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum (r). Quis

B 3

audi-

(a) Psal. 78. (b) I. Mach. (c) Ioan. 19. (d) 2. Par. 21. (e) Job. 30. (f) I. Reg. 20. (g) Jer. 4. (h) Ioch. 4. (i) Isai. 5. (k) Dan. 11. (l) Ios. 20. (m) Esai. 7. (n) 2. Reg. 18. (o) Iudic. 2. (p) Ithren. 1. (q) Dan. 13. (r) Hebr. 4.



audivit unquam tale, aut quis vidit huic simile? (a)

*Satel. I.* Vidimus eum, & non erat aspectus, desideravimus cum virum doctorum, & quasi absconditus vultus ejus (b).

*Satel. II.* Nos putavimus eum quasi lapsum (c). Non est species ei, neque decor, a planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas (d). *Paterfam.* Audite hoc, & auribus percipite omnes habitatores terræ, si scitum est istud in diebus vestris, aut in diebus Patrum vestrorum (e).

*Satel. I.* Locutus sum ad eum dicens: tu quis es? At ille respondit (f): Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis (g).

*Satel. II.* Tunicam polycitam invenimus: vide utrum tunica filii tui sit an non? (h)

*Paterfam.* Tunica filii mei est, sed pessima. comedit eum, bestia devoravit (i). Singularis ferus depastus eum (k), lupus rapax, leo rapiens & rugiens (l). Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar

(a) *Isa.* 66. (b) *Isa.* 53. (c) *Isa.* 5  
(d) *ibid.* 1. (e) *Joel.* 1. (f) 4. *Reg.* 1  
(g) *Psal.* 11. (h) *Gen.* 37. (i) *ibid.*  
(k) *Psal.* 79. 1. (l) *Psal.* 21.

riar pro te? Absalon fili mi, fili mi Absalon! (a) Descendam ad filium meum lugens in infernum (b)

## SCENA III.

*Remanent duo Satellites.*

*Satelles I.* **Q**uis est, qui fecit hæc: (c) Væ homini illi! Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille (d).

*Satel. II.* Cum iudicatur, exeat condemnatus, diabolus fera dextris ejus (e). *Satel. I.* Dilixit maledictionem, & veniet ei; fiat ei sicut vestimentum, quo operitur, & sicut Zona, qua femper præcingitur (f).

*Satel. II.* Fiant dies ejus pauci, fiant filii ejus orphani, & uxor ejus vidua (g).

*Satel. I.* Nuntantes transferantur filii ejus, & mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis in generatione una: deleatur nomen ejus (h).

B 4 SCE-

(a) 2. *Reg.* 18. (b) *Gen.* 37. (c) *Eccl.* 31.  
(d) *Matth.* 26. (e) *Psal.* 108. (f) *ibid.*  
(g) *ibid.* (h) *ibid.*



## S C E N A IV.

*Paterfamilias, & Prior.*

*Paterfam.* **H**Æc faciat mihi Deus, & hæc addat (a): revelabitur ille iniquus (b). Considerate locum, ubi sit pes ejus, considerate & videre omnia latibula, in quibus absconditur; recogitat enim de me, quod callide insidier ei (c). Quem mittam, & quis ibit nobis? (d)

*Satel. I.* Ecce ego, quia vocasti me (e). Quid vis fieri? præsto sum (f).

*Satell. II.* Ecce ego mitte me (g).

*Paterf.* Euge servebone & fidelis! (h) Veni, mittam te ad eos. Vade, vide, & renuncia mihi quid agatur (i). Ne irascas, neque compescaris (k). Effunde super eos iram tuam, & furor ire tue comprehendat eos (l). Accingere gladio super femur tuum (m). Apprehende arma & scutum, & exurge (n).  
*Satell. I.* Ecce hic gladius, limatum est, ut sit in manu interficientis (o). Con-

summentur quasi stipula ariditate plena (a), quia ignis succensus est in furore meo (b).

*Satell. II.* Mucro, mucro evagina te ad occidendum, lima te ut interficias & fulgeas (c). Persequar & comprehendam, & non convertar donec deficiant (d).

*Paterfam.* Fac sicut locutus es (e). Alligetur vinculo ferreo, & aneo (f). In interitu suo corruet (g).

## S C E N A V.

*Satelles, & Agricola.*

*Satelles.* **Q**uifnam es tu, unde venis? (h)

*Agricola.* Domine, ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ (i).

*Satell.* Ubi est frater tuus (k), servus Domini mei? (l)

*Agricola.* Nescio: num custos fratris mei sum ego? (m)

*Satell.* Quæsvi eum, & non invenisti (n). Si etiam in terram se abstruxerit, scrutabor eum (o).

B 5 *Agri-*

- (a) Ruth. (b) 2. Thess. 2. (c) 1. Reg. 24.  
 (d) Isai. 6. (e) 1. Reg. 9. (f) Gen. 37.  
 (g) Isai. 6. (h) Matth. 23. (i) Gen. 37.  
 (k) Psalm. 82. (l) Psalm. 103. (m) Psalm. 44.  
 (n) Psalm. 34. (o) 1. Reg. 22.  
 (a) Jer. 15. (b) Nab. 1. (c) Ezech. 1.  
 (d) Psalm. 17. (e) 1. Par. 17. (f) Dan. 4.  
 (g) Prov. 28. (h) 2. Reg. 1. (i) Psalm. 115.  
 (k) Gen. 4. (l) 2. Reg. 11. (m) Gen. 4.  
 (n) Cant. 3. (o) 1. Reg. 23.



*Agricola.* Vae mihi! Versa est in luctum cythara mea, & organum meum in vocem fletuum. (a) Quid faciam, cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cum quaesierit, quid respondebo illi? (b) Dominus meus, & Deus meus: (c) Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in Caelum tu illic es, si descendero in infernum ades (d). Ero vagus & profugus in terra: omnis igitur, qui invenerit me occidet me (e).

S C E N A VI.

*Ambo. Agricola.*

*Agric. I.* Quid ploras? quare tu gemis? quare merore cor traheris? (f) Quare non indicas nobis quid ista significant? (g) Cur mihi non loqueris? (h)

*Agric. II.* Si coepimus loqui tibi forsitan (i) moleste accipies. (k). At gustae sunt mihi undique (l): per mesco, & concutit carnem tremor (m) *Agric. I.* Tristitiam non desanimatus (n) ne-

(a) neque affligas cor tuum (b). *Agric. II.* Quare non mæreat vultus meus? (c) Traditi enim sumus, ut conteramur, jugulemur, percamus (d). *Agric. I.* Quomodo fiet istud? (e) *Agric. II.* Prope est dies Domini (f), iuxta est & velox nimis (g). Quamobrem considera & recogita, quid facias (h). Ego a facie tua abscondar, a facie tua fugiam (i).

*Agric. I.* Ne discesseris a me, quoniam tribulatio proxima est (k). Etiam proximo tuo pauper odiosus erit, amici vero divitum multi (l). Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei; est amicus socius mens, & non permanebit in die necessitatis (m).

REFLEXIO ANIMI IN PUNCTUM II.

*Azarias, & Proens.*

*Azarias.* O Bstipescite caeli super hoc, & portae ejus desolamini vehementer (n). Filios enutriti & exaltati, ipsi autem spreverunt me: cognov-

VII.

(a) Job. 30. (b) *ibid.* 31. (c) *Iona.* (d) *Psal.* 138. (e) *Gen.* 4. (f) *Mich.* (g) *Mich.* 4. (h) *Ezech.* 24. (i) *Esth.* (k) *Job.* 4. (l) *Dan.* 13. (m) *Eccl.* 30. (n) *Reg.* 13. (o) *2. Esd.* 2. (p) *Esph.* 7. (q) *Luc.* 1. (r) *Jair.* 3. (s) *Soph.* 1. (t) *1. Reg.* 25. (u) *Psal.* 138. (v) *Psal.* 21. (w) *Prov.* 14. (x) *Eccl.* 6. (y) *Ier.* 21.



vir bos possessorem suam, & asinus  
prae sepe Domini sui (a) milvus in co-  
cto cognovit tempus advenus sui (b):  
Israel autem me non cognovit, & po-  
pulus meus non intellexit (c). Vae dit-  
solus corde! (d) Vae genti peccatrici,  
populo gravi iniquitate, femini nequam,  
filiis sceleratis! (e) Vae vobis viri im-  
pii, qui dereliquistis legem Dei altissi-  
mi! (f) Vae qui trahitis iniquitatem  
in vinculis, & quasi plaustrum peccatorum  
(g) Intelligite haec, qui obliviscimini  
Deum (h): qui habentes oculos non  
videtis (i). Nolite obdurare corda ve-  
stra (k): Nolite fieri sicut equus &  
mulus, quibus non est intellectus (l)  
Propter quod inexcusabilis es o homo  
secundum autem duntiam tuam & im-  
positens cor thesaurizas tibi iram in  
die irae (m).

*Protens.* Heu mihi! Quoniam non  
obedivimus praeceptis tuis, ideo traditi  
sumus in direptionem, in mortem, in  
inproprietium omnibus gentibus (n).

*Azarias.* Si impius egerit peniten-  
tiam ab omnibus peccatis suis, vitam  
vetis & non morietur (o).

*Pro-*

*Protens.* Parvae mortuus homo rur-  
sum vivat? (a)

*Azarias.* Ubi est spes tua? (b)  
*Protens.* Spes impii tanquam lanugo,  
quae a vento tollitur (c).

*Azarias.* Spes non confundit (d).  
*Protens.* Lignum habet spem: si prae-  
sum fuerit, rursus virefcit; homo ve-  
ro cum mortuus fuerit, ubi quæso est?  
cum dormierit, non resurget (e).

*Azarias.* Non ignoras, quod pericu-  
losa sit desperatio. (f)

*Protens.* Non est qui requirat ani-  
mam meam, non est qui redimat, ne-  
que qui salvum faciat (g).

*Azarias.* Usquequo morabuntur im-  
te cogitationes noxiae? (h) Arguis ver-  
bis eum, qui non est aequalis tibi, imi-  
tatis linguam blasphemantium; decuit  
eniam inquiras cor tuum (l). Non  
vult Deus perire animas (m), qui om-  
nes homines vult salvos fieri (n), no-  
lens aliquos perire, sed omnes ad pen-  
itentiam reverti (o).

*Protens.* Odio sunt Deo impius, &  
impietas ejus (p).

*Azarias.* Vulgo dicitur, si dimiserit  
vir

(a) *Iesai.* 1. (b) *Iesai.* 1. (c) *Iesai.* 1.  
(d) *Eccli.* 2. (e) *Iesai.* 1. (f) *Eccli.* 1.  
(g) *Iesai.* 5. (h) *Psal.* 49. (i) *Ier.* 17.  
(k) *Psal.* 49. (l) *Psal.* 31. [in] *Rom.* 1.  
[n] *Iob.* 3. (o) *Eccli.* 19.

(a) *Iob.* 14. (b) *Iob.* 2. (c) *Sap.* 5.  
(d) *Rom.* 1. (e) *Iob.* 14. (f) *2. Reg.* 2.  
(g) *Psal.* 14. (h) *Ier.* 4. (i) *Iob.* 15. (k) *2. Reg.* 2.  
(l) *1. Timot.* 2. (m) *2. Pet.* 3. (n) *Sap.* 2.  
(o) *Sap.* 14.



vir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid revertetur ad eum ultra? Tu autem averfatrix Ifrael fornicata es cum amaroribus multis, tamen revertere ad me, dicit Dominus, revertere, & non avertam faciem meam, & non irascat in peccatum (a).

*Proph.* Peccatum aggravatum est nimis (b).

*Azarias.* Auferte malum cogitationum vestrarum. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt (c). Misericors & misericors Dominus (d) projiciet in profundum maris omnia peccata (e). Convertimini filii revertentes affumam vos, sanabo aversiones vestras (f). Obsecrans in Domino reconciliemini Deo (g). Audite me duro corde, qui longe estis a justitia, memore, confundamini. Hæc dicit Dominus exercituum: convertimini (h). Convertimini, & agite poenitentiam (i). Si poenitentiam egeritis a malo, quod locutus sum adversus eos, agam & ego

pecc-

(a) *Jer.* 3. (b) *Gen.* 18. (c) *Isa.* 1.  
 (d) *Psal.* 110. (e) *Mich.* 7. (f) *Jer.* 3.  
 (g) *2. Corinth.* 15. (h) *Zachar.* 1.  
 (i) *Ezech.* 18.

poenitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem (a). Convertimini de viis vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis, convertimini ad me, & convertar ad vos (b).



# ACTUS. VEL PUNCTUM III.

## SCENA I.

*Colonus desperabundus.*

**H**eu mihi in quantam tribulationem deveni. & in quos fluctus tristitiæ! (a) Tribulatio & angustia invenerunt me (b), pavor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea conturbata sunt (c). Revelata est in auribus meis vox Domini exercituum (d); non remitteret ei; neque in hoc saculo, neque in futuro (e). Turbo Domini in capite impiorum conquiescet (f), non flebitur, neque parceret, neque miserabitur (g). Reminiscor malorum, quæ feci (h). Comprehenderunt me iniquitates meæ, multiplicatæ sunt super capillos capitis mei (i), supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ sunt super me (k). Væ mihi! mater mea quare me genuisti? (l) Quare egressus ex utero non stetim.

(a) 1. *Matth.* 6. (b) *Psal.* 118. (c) *Iob.* 4.  
(d) *Isa.* 22. (e) *Matth.* 12. (f) *Ier.* 32.  
(g) *ibid.* 21. (h) *Matth.* 6. (i) *Psal.* 39.  
(k) *Psal.* 37. (l) *Ier.* 18.

*Actus, seu Punctum III. Act*  
tim petii, quare exceptus genibus, cur lactatus uberibus? Quare misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animæ expectant mortem, & non venit, gaudentque vehementer, cum invenerint sepulchrum. (a) Utinam consumptus essem, ne oculus me videret, fuisset quasi non essem de utero translatus ad tumulum! (b) nunc enim dormiens flerem cum Regibus & Consulibus terræ, qui ædificant sibi fortitudines, aut sicut abortivum absconditum non subsisterem (c). Pereat dies, qua natus sum, dies ille vertatur in tenebras (d). Tædet animam meam vitæ meæ (e). Væ mihi! quamdiu potnam consilia in anima mea, & dolorem in corde meo per diem? (f) Dixi, nunc cœpi (g). Dixi petii, desperavi (h). In profundissimum infernum descendant omnia mea (i).

SCE-

(a) *Iob.* 3. (b) *ibid.* 10. (c) *ibidem* 7.  
(d) *ibid.* 3. (e) *ibid.* 11. (f) *Psal.* 12.  
(g) *Psal.* 78. (h) *Ierem.* 2. (i) *Iob.* 17.



## SCENA II.

*Colonus, & Satellites.*

*Satelles I.* **Q**uis est iste, qui celat  
consilium absque scientia? (*a*).

*Satelles II.* Ecce homo, qui non potest  
suis Deum adjutorem suum (*b*).

*Colonus.* Væ misero mihi! (*c*)

*Satel. I.* Ecce hodie viderunt oculi  
tui, quod tradiderit te Dominus in manu  
mea (*d*). Nunquid nescis, & non  
audisti? (*e*) Non est ulla creatura invisibilis  
in conspectu ejus, omnia autem nuda  
& aperta (*f*). Cur igitur me fugere  
voluisti? (*g*).

*Colonus.* Timui, ne morerer (*h*).  
Quaso, noli me condemnare (*i*).

*Satel. I.* Condemnabit te os tuum,  
& non ego (*k*). Prope sunt dies mortis  
tuae (*l*). Hoc est judicium, quod ipse  
decrevisti (*m*). Apprehendite eum (*n*).

*Colonus.* Parce peccatis meis. (*o*)

*Satel. I.* Non parcam (*p*). In vincula  
conjicitur.

*Colonus.*

- 
- (*a*) *Iob.* 42. (*b*) *Psal.* 51. (*c*) *Ier.* 43.  
(*d*) *I. Reg.* 24. (*e*) *Isa.* 4. (*f*) *Hebr.* 4.  
(*g*) *Gen.* 31. (*h*) *Gen.* 26. (*i*) *Iob.* 10.  
(*k*) *Iob.* 15. (*l*) *Deut.* 31. (*m*) *3. Reg.* 20.  
(*n*) *3. Reg.* 13. (*o*) *Iob.* 10. (*p*) *Zach.* 2.

*Colonus.* Circumdederunt me dolores  
mortis, torrentes iniquitatis conturbaverunt  
me (*a*). Infelix ego homo, quis me liberabit  
de corpore mortis hujus? (*b*). Miseremini, miseremini  
mei saltem vos amici mei, quia manus  
Domini tegit me. Miseremini mei,  
miseremini mei (*c*).

*Satel. I.* Quis miserebitur tui. (*d*)  
Amici procul recesserunt (*e*). Non est,  
qui de manu mea possit eruere (*f*).

*Colonus.* Cum sit nemo, qui de manu  
tua possit eruere (*g*): O Domine libera  
animam meam (*h*).

*Satel. II.* Ubi sunt Dii tui, quos  
fecisti tibi? Surgant, & liberent te in  
die afflictionis tuae (*i*).

*Colonus.* Nunquid bonum tibi videtur,  
si calumnieris, & opprimas me? (*k*).

*Satel. I.* Sanguis tuus super caput  
tuum (*l*).

*Colonus.* Quæ utilitas in sanguine  
meo, dum descendo in corruptionem?  
(*m*).

*Satel. I.* Juxta est dies perditionis (*n*).  
Revelabitur ignominia tua, videbitur op-  
ro-

- 
- (*a*) *Psal.* 17. (*b*) *Rom.* 7. (*c*) *Iob.* 19.  
(*d*) *Eccii.* 12. (*e*) *Proverb.* 19. (*f*) *Deut.* 32.  
(*g*) *Iob.* 10. (*h*) *Psal.* 114. (*i*) *Ierem.* 2.  
(*k*) *Iob.* 19. (*l*) *2. Reg.* 1. (*m*) *Psal.* 29.  
(*n*) *Deuter.* 32.



probrum tuum (a). Prope est dies Domini, magnus furor Domini imminet (b), paravit in iudicio thronum suum (c).

*Colonus.* Ex omni parte me angustie premunt (d). Dimitte me, ut planam paululum dolorem meum. (e)

## S C E N A III.

*Colonus, Paterfamilias, & Satellites.*

*Satelles I.* Radidit Deus inimicum in manus nostras (f).

*Paterfamilias.* Ecce ego iudicio contendam tecum (g) Juxta adventiones tuas iudicabo te (h). Si accepero ut fulgur gladium meum & arripuerit iudicium manus mea (i), reddam ultionem hostibus, vindicabor de inimicis meis (k). Gladius limatus est, eductus & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine (l).

*Colonus.* Dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere (m). Duo tantum ne facias mihi: manum tuam longe fac a me, formido tua non metuscat.

(a) *Isa.* 47. (b) 2. *Per.* 28. (c) *Psal.* 9.  
(d) 2. *Per.* 21. (e) *Job.* 10. (f) *Judic.* 6.  
[g] *Jerem.* 2. [h] *Ezech.* 24. [i] *Deut.* 32.  
[k] *Ezech.* 21. [l] *Job.* 20. [m] *Thren.* 1.

reat; neque enim possum respondere (a).

*Paterf.* Quid faciam populo huic? (b)

*Satell. I.* Domine, reus est mortis (c); primogenitum filium tuum percussit (d).

*Paterfam.* Quid hoc audio de te? (e) Multum sanguinem effudisti, sanguinem innoxium (f).

*Satell. II.* Levia sunt hæc; terendit enim adversus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est (g).

*Paterfam.* Non audis, quanta adversum te dicunt testimonia? (h) Responde (i).

*Colonus.* Respondere quid possum? Si voluerit homo contendere cum Deo, non poterit respondere unum pro mille (k).

*Paterfam.* Nunc igitur ecce: Nunquid super his non indignabor? (l) aut super gentem hujuscemodi ulciscetur anima mea? (m) Tu fecisti in abscondito: ego autem faciam in conspectu solis (n). Tu dicebas in corde tuo: quis me vider? (o) Ego arguam te, & statuan contra faciem tuam (p). Arguet te malitia tua, & averfio tua increpabit.

(a) *Job.* 9. (b) *Exod.* 17. (c) *Matth.* 26.  
(d) 2. *Reg.* 1. (e) *Luc.* 16. (f) 4. *Reg.* 24.  
(g) *Job.* 25. (h) *Matth.* 27. (i) *Job.* 42.  
[k] *Job.* 39. (l) *Isa.* 57. (m) *Jerem.* 5.  
[n] *Reg.* 12. [o] *Ezech.* 22. [p] *Psal.* 49.



bit te (a). Igne furoris mei sufflabo in te (b): complebo furem meum in ira mea, & indignatione grandi (c).

*Colonus* Iram Domini portabo, quoniam peccavi (d). Peccavi, & vere deliqui (e). Agnosco peccatum meum: tu autem insidiaris animæ meæ, ut auferas eam (f).

*Paterfam.* Propter multitudinem iniquitatis tuæ peribis (g). Reus es mortis (h) ad *Satellites*. Vos estis testes mei (i).

*Satelles I.* Domine, non parceret oculis tuus illi: si tibi placet, decerne ut peccat (k).

*Colonus.* Ecce perco tristitia magna (l). Nunquid abbreviata est manus mea, ut non possim redimere: (m) Omnes maledicunt mihi, unde quæram consolationem: (n) Obsecro, ut miseraris animæ meæ (o).

*Paterfam.* Duplicate duplicia in nomine isto secundum opera ejus: in poculo, quo miscuit, miscere illi, quoniam pervenerunt peccata ejus usque ad cælum (p).

*Satel-*

- (a) *Ser.* 2. (b) *Ezech.* 21. (c) *Ier.* 31.  
 (d) *Mich.* 7. (e) *Iob.* 33. (f) 1. *Reg.* 24.  
 (g) *Abd.* 1. (h) *Matth.* 26. (i) *Isai.* 44.  
 (k) *Esth.* 3. (l) 1. *Machab.* 6. (m) *Isa.* 50.  
 (n) *Nab.* 3. (o) 4. *Reg.* 1. (p) *Apoç.* 16.

*Satelles II.* Justus es Domine, & rectum judicium tuum (a). Condemnas impium, & reddis iram super caput ejus (b).

## S C E N A IV.

*Paterfamilias, & Patronus Colonæ.*

*Patronus.* Ustus quidem tu es Domine, si disputerem tecum: verumtamen iusta loquar ad te (c). Quiescat ira tua, & esto placabilis (d). Nunquid in æternum irasceris? (e) Nunquid usque ad internecionem tuam micro deserviet? (f) Averratur, obsecro, furor tuus (g).

*Paterfam.* Quomodo tu dicis? (h) Nunquid iritum facies judicium meum? (i) Peccantem in animam suam quis justificabit? (k) Longe a peccatoribus salus (l).

*Patron.* Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine? (m) Benigne fac, Domine, in bona voluntate Sion (n): quia tempus miserendi ejus, quia venit saepius (o).

*Pater-*

- (a) *Psal.* 118. [b] 3. *Reg.* 8. [c] *Ier.* 12.  
 [d] *Exod.* 32. [e] *Psal.* 84. [f] *Reg.* 2.  
 [g] *Dan.* 8. [h] *Joan.* 19. [i] *Iob.* 40.  
 [k] *Ecc.* 10. [l] *Psal.* 118. [m] *Psal.* 83.  
 [n] *Psal.* 50. [o] *Psal.* 101.



*Paterfam.* Non addam ultra misereri domui Israel (a): non parceret oculus meus, & non misereror (b) peccatum aggravatum est nimis (c).

*Patron.* Si iniquitates observaveris Domine, Domine qui sustinebit? (d) Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, (e). Non est, qui tuæ resistere possit voluntati, si decreveris salvare Israhel (f); subest enim tibi, cum volueris, posse (g).

*Paterfam.* Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia jungentis (h), Misereamur impio, & non discedet justitiam (i). Impietas, impii erit super eum (k).

*Patron.* Impietas impii non nocēbit ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua (l). Ne despicias hominem avertentem se a peccato (m) Fac eum servo tuo secundum misericordiam tuam (n).

*Paterfam.* Memoria illius pereat de terra (o).

*Patron.* Reminiscere miserationum tuarum, Domine, quæ a seculo sunt (p).

*Paterfam.* Obliviscatur ejus misericordia

[a] Ose. 1. [b] Ezecb. 8. [c] Gen. 18. [d] Psalm. 129. [e] Psalm. 142. [f] Esth. 13. [g] Sap. 12. [h] Par. 10. [i] Isa. 26. [k] Ezecb. 10. [l] Ezecb. 33. [m] Eccli. 8. [n] Psalm. 118. [o] Job. 18. [p] Psalm. 24.

dia (a), quia non est recordatus facere misericordiam (b).

*Patron.* O Domine, libera eum, ut non descendat in corruptionem (c), ut declinet a ruina mortis (e). Frater non sedimet, sedimet homo (d).

*Paterfam.* Non credat frustra, quod in aliquo precio redimendus sit (e): quia zelus & furor non parceret in die vindictæ, nec acquiescet cujusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione eona plurima (f). Tu ergo noli orare pro populo hoc, & non obstitas mihi, quia non exaudiam, non parcam, neque misereror (g); jam enim egressa est ira a Domino (h).

*Patron.* Domine, cum iratus fueris, misericordie recordaberis (i).

*Paterfam.* Noli orare pro populo isto in bonum (k): quia desperata est plaga ejus (l) Absque retractatione morietur (m).

*Patronus.* Periisti popule, quis constabitur super te? (n) quis miserebitur tui? quis ibit ad rogandum pro pace tua? (o) Prostravi preces meas, noluit acquiescere (p): non fuerunt in  
C auxi-

(a) Job 24. (b) Psalm. 108. (c) Job 32. (d) Prov. 13. (e) Psalm. 48. (f) Job 15. (g) Prov. 6. (h) Jerem. 11. (i) Num. 16. (k) Hab. 3. [l] Jerem. 14. [m] Mich. 1. [n] 1. Reg. 15. [o] Thren. 2. [p] Jer. 15. [q] Jerem. 11.



auxilium, sed in confusionem & in opprobrium (a).

## S C E N A V.

*Portatur ad Patremfamilias Filius eius non moribundus.*

*Satelles I.* Ecce filius tuus venit ad te (b), desideratus cunctis genitibus (c).

*Paterf.* Sufficit mihi, si adhuc filius meus vivit. Vadam, & videbo illam (d).

*Satelles II.* Ecce filius tuus (e). *Filiusfamilias.* O vos omnes, qui transitis, attendite & videre, si est dolor sicut dolor meus (f).

*Paterfam.* Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui (g), primogenitus meus, fortitudo mea, & principium doloris mei (h). Non sum fraudatus aspectu tuo, fili mi (i).

*Filiusf.* Pater, respice in me, quam me dereliquisti: (k)

*Paterfam.* Quid tibi fecit hic populus?

ius? (a) Quid sunt plage tuæ in medio manuum tuarum? (b)

*Filiusf.* Hicce plagatus sum in domororum, qui diligebant me (c). Foderunt manus meas & pedes meos, dimemeraverunt omnia ossa mea (d). Posuerunt lapidem super me, posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris & umbra mortis (e).

*Paterf.* Scio, fili mi, scio. Doleo super te, decore nimis, & amabilis. Sicut mater unicum amat filium, ita ego te diligebam (f). Et tibi posthac, fili mi, quid faciam? (g)

*Filiusf.* Si inveni gratiam in oculis tuis (h), unam petii a Domino, hanc requiram (i).

*Paterf.* Quid petis, ut detur tibi, sar pro qua re postulas? (k) Omnia mea tua sunt (l). Pete a me quodvis, quia quidquid petieris, dabo tibi (m).

*Filiusf.* Pater, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro (n). Si aliter tibi videretur, obsecro ut interficias me (o).

C 2 Pa.

(a) *2a. 37.* (b) *Zach. 13.* (c) *ibid.*  
 (d) *Psal. 21.* (e) *Psal. 87.* (f) *2. Reg. 1.*  
 (g) *Gen. 27.* (h) *Gen. 18.* (i) *Psal. 26.*  
 (k) *Esch. 5.* (l) *Luc. 20.* (m) *Marc. 6.*  
 (n) *Esch. 7.* (o) *Num.*

(a) *Isa. 30.* (b) *Gen. 48.* (c) *Agg. 1.*  
 (d) *Gen. 45.* (e) *Ioan. 19.* (f) *Thren. 1.*  
 (g) *Matth. 17.* (h) *Gen. 49.* (i) *Gen. 48.*  
 (k) *Psal. 21.*



*Paterf.* Fili mi, rescitis quid peccatis (a).

*Filiusf.* Nunquid voluntatis meae est mors impij, & non ut converteretur, & vivat? (b)

*Paterf.* Non misereberis ejus, sed animam pro anima (c).

*Filiusf.* Moriatur anima mea (d).

*Paterf.* O mors, quam amara est memoria tua? (e)

*Filiusf.* O mors, ero mors tua, mortuus tuus ero, inferne (f).

*Paterf.* Vivit Dominus, & vivit anima tua (g). Morte morietur homo iste (h). *Colonum indigitat.*

*Filiusf.* Vivit Dominus, quia non caderet capillus de capite ejus in terram (i). Non est viro huic iudicium mortis (k).

*Paterf.* Ipse morietur solus (l).

*Filiusf.* Quare morietur? quid fecit? (m).

*Paterf.* Peccatum grande nimis coram Domino (n), peccatum maximum (o).

*Filiusf.* Quaretur peccatum illius, & non invenietur (p).

*Paterf.*

- 
- (a) *Matth.* 20. (b) *Eze.* 18. (c) *Deut.* 19.  
 (d) *Eccli.* 2. (e) *Eccli.* 41. (f) *Ose.* 13.  
 (g) *1. Reg.* 19. (h) *Num.* 15. (i) *2. Reg.* 14.  
 (k) *Ier.* 26. (l) *Deut.* 22. (m) *1. Reg.* 20.  
 (n) *1. Reg.* 2. (o) *Exo.* 32. (p) *Psal.* 9.

*Paterf.* Qui percussit hominem, volens occidere, morte morietur (a).

*Filiusf.* Vita vivat, & non morietur (b). Non erunt in memoria priora (c): peccata ejus, quae fecit, non imputabuntur ei (d).

*Paterf.* Anima, quae peccaverit, ipsa morietur (e); stipendium enim peccati mors (f). *Ad Colonnam conversus.* Serve nequam, sanguinem ejus de manu tua requiram (g). De propinquo effundam iram meam super te, & imponam tibi scelera tua (h). Ligatis pedibus & manibus mitrite eum in tenebras exteriores (i).

*Filiusf.* Ego optabam anathema esse pro fratribus meis (k).

*Paterf.* Ipse impius in iniquitate sua morietur (l).

*Filiusf.* In me sit haec iniquitas (m).

*Paterf. ad Colon.* Maledictus eris super terram, quae suscepit sanguinem fratris tui (n).

*Filiusf.* In me sit ista maledictio (o).

*Paterf.* Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundatur sanguis illius (p).

C 3  
*Filiusf.*

- 
- (a) *Exod.* 21. (b) *Eze.* 18. (c) *Isa.* 2.  
 (d) *Exe.* 33. (e) *Eze.* 18. (f) *Rom.* 6.  
 (g) *Ezech.* 3. (h) *Ezech.* 7. (i) *Mat.* 12.  
 [k] *Rom.* 9. [l] *Ezech.* 3. [m] *1. Reg.* 25.  
 [n] *Gen.* 4. [o] *Gen.* 27. [p] *Gen.* 9.



*Filius.* Aut dimitte ei hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti (a).

*Paterf.* Quis unquam innocens peiit? (b) Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo (c).

*Filius.* *sanguinem ex suo latere hau- stum offerens.* En precium redemptionis (d). Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunderet in remissionem peccatorum (e) *expirat.*

*Satel. I.* Heu, heu, heu, Domine! (f)

*Satel. II.* Inclinato capite emisit spi- ritum (g).

## S C E N A VI.

*Colonus, Coloni Patronus, Paterfa- milias, & Satellites.*

*Paterf. V* Idete rem istam grandem etum, superabundavit & gratia (i).

*Patron.* A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris (k).  
*Paterf.*

*Paterf.* Ecce quomodo amabat eum! (a)

*Satel. I.* Tradidit in meretrem ani- mam suam, & cum sceleratis reputatus est (b).

*Satel. II.* Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus oravit (c).

*Colon.* Commuto faciem meam, & colore torquæoi (d). Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, & livore ejus sanatus sumus (e).

*Paterf.* Solvite illum, & adducite mihi (f).

*Colonus a Satellitè vinculis exonerat.*

*Patr.* Quam magna misericordia Domini (g), & copiosa apud eum redemptio! (h) Miserator & misericors Dominus redemptionem misit populo suo (i), eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum dirupit (k).

*Colon.* Unde hoc mihi, ut invenirem gratiam ante oculos tuos? (l) Dirupisti Domine vincula mea (m).

G 4  
*Paterf.*

[a] Exod. 32. [b] Job 4. [c] Esod. 33.  
[d] Psal. 48. [e] Math. 26. [f] Jer. 11.  
[g] Ioan. 19. [h] 1. Reg. 12. [i] Rom. 8.  
[k] Psal. 17.

[a] Ioan. 11. [b] Isa. 53. [c] *ibid.*  
[d] Job 9. [e] Isa. 53. [f] Luc. 19.  
[g] Psal. 17. [h] Psal. 129. [i] Ps. 110.  
[k] Psal. 106. [l] Ruth. 2. [m] Ps. 115.



*Paterf.* Respice in faciem Christi tui (a); quoniam non est species ei neque decolor (b).

*Colion.* Confundor & erubescō faciem meam levare ad te, Domine (c). Adjutor meus & redemptor meus (d). *profi-*  
*cit se ad cadaver filii suam.* Ego peccavi Domino, & sic & sic feci (e). Ego sum, qui peccavi, ego inique egi (f): peccavi in Cœlum, & coram te (g): peccavi super numerum arenæ maris (h) *ad patrem suam.* Peccavi, Domine, peccavi, & iniquitates meas agnosco: quare peto rogans te, remitte mihi, Domine, remitte mihi (i).

*Paterfam.* Vade, jam non amplius alicui peccare (k). Gratiam sicuti tuam peto ne obliviscaris, dedit enim pro animam suam (l).

REFLEXIO ANIMI IN PUNCTUM III.

*Azarias & Proterus.*

*Azar.* Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ (a). In dilectione, & in indulgentia sua ipse redemit eos, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus (b). Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos (c): discite parabolam (d).

*Prot.* Quare in parabolis loqueris? (e) *Azar.* Quia vobis datum est nosse mysterium regni Cœlorum (f). Apertam in parabolis os meum (g): apertam illis sensum, ut intelligant Scripturas (h). *Aperitur Scena, in qua innago Christi Crucifixi.* O sulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophætæ! (i). O insensati Galatæ, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est in vobis crucifixus (k). Non corruptilibus auro & argento redempti estis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati.

RE

C 5 (a). Ablu-

[a] Psal. 83. [b] Isa. 53. [c] 1. J/4.  
[d] Psal. 18. [e] Num. 22. [f] 2. Re. 22.  
[g] Luc. 17. [h] Orah. Man. [i] I/4.  
[k] Joann. 8. [l] Eccli. 29.

[a] Luc. 1. [b] 1. Tim. 2. [c] Luc. 24.  
[d] Mar. 13. [e] Mat. 13. [f] ibid.  
[g] Psal. 77. [h] Luc. 24. [i] Luc. 24.  
[k] Gal. 3.



## EPILOGUS MUSICUS.

*Justitia, et Misericordia Divina.*

*Justit. Recit. P*ropter misericordiam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus irarus peccatoribus.

*Miseric. Absit a te, ut rem hanc facias: videbunt nos propitias.*

*Justit. Peccatores de terra pereant.*

*Miseric. Peccatores iram Numini nobis propitiis, placatam sentiant.*

*Ariose a Dueto.*

*Justit. U*lciscar peccata, non perhibe me.

*Miseric. Ah quo divus furor, quo absorbit te!*

*Justit. Horrorem criminis*

*Puniar Nemesis.*

*Miseric. Non spes irisam Misericordiam.*

*Justit. Placari nescio.*

*Miseric. Ah parce obsecro.*

*Miseric.*

## EPILOGUS AULICUS. 61

*Miseric. Aria in Canto.*

**N**olo mortem peccatoris.

**D**icit Caeli Dominus:

Volo vitam melioris.

Fruetus atque exitus.

Juravi, nec poenitebit.

Redemptor peccatum delebit.

Salvem Dominus.

Dabit propitius.

Peccatorem liberabo.

Per cruentum precium,

In vaginam (pactis stabo).

Mitte tuum gladium.

Iniquitas tota auferetur.

Nec salus salvantis moretur.

Adest Redemptio.

Sanguinis precio.



*Tragedia II.*

**PASTOR BONUS**

**E. X.**

**S. EVANGELIO**

**In publicam Meditationem  
traductus,**

*Coram Celsissimo ac Reverendissimo  
D. D.*

**LEOPOLDO EPISCOPO**

**Et S. R. I. Principe Brixinensi,  
ab Episcopali Seminario,  
1748. Mense April.**



# ARGUMENTUM

## EX EVANGELIO.

**Q**uis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam, qua perierat, donec inveniat eam? Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quae perierat. *Luc. 15. 4.*

Scena figuratur in crebro circa urbem Jerusalem: Actio durat ab hora sexta vespertina usque V. ad vesperam usque VI.

### A C T U S I.

*Scena* I. Daphnis inter oves suas labundus scrutatur gregem vespere a pabulo reverentem. II. Cum Tityro & Melibaeo de eo sollicite custodiendo nihil non agit. III. Cumque de suis ovibus optima quaeque disponeret, IV. a Leachim & Azaria tenetur malo omnino.

### ACTUS

### A C T U S II.

*Scena* I. Natas in exitum oviculam. II. cum suo Fragonomo & Egocero conjurat.

### C H O R U S M U S I C U S I.

Daphnis divinus Pastor perditam oviculam in homo olivarum inter sexcentas calamitates quaerit.

### A C T U S III.

*Scena* I. Daphnis ovi centesima, quam perditam luget, metuit. II. Ad eam quaerendam se comitem Daphnidi adjungit Natas. III. qui denuo detecta larva. IV. se cum suis in Daphnin & Daphnidis oviculam obarnat.

### A C T U S IV.

*Scena* I. Daphnis in extremos luctus conversus, II. nequicquam a Tityro ad solatium, III. sed a perperuis curis in amoris extasim perductus, IV. a Leachim & Azaria, laboris sui comitibus, in spem erigitur, V. qui pariter de perditata ovicula solliciti, VI. pastoribus mercedis negligentiam improbant, VII. uti



uti & Daphnis, VIII. qui ab Echo intel-  
ligit, ovem ab angue deceptam de fru-  
ctu venenatae arboris gustavisse.

A C T U S V.

*Scena I.* Natas de capra prada; II. cum  
suis triumphat, III. sed ante victoriam,  
IV. Leachim & Azarias pastores torpen-  
tes animant. V. Daphnis invenit ovem  
perditam, sed veneno tumidam. VI. Qua-  
re venenum ex fugit, & sua morte vitam  
reddidit oviculae perditae, & inventae.

CHORUS MUSICUS II.

Daphnis oviculam, seu Christus ani-  
mam hominis in monte Calvariae que-  
rit & invenit.

*Persona, & Personarum clavicula.*

*Daphnis*, idest Pastor bonus.

*Tityrus, & Melibaeus*, Pastores Merce-  
narii.

*Natas*, Saram Pastoris boni Antagoni-  
sta.

*Tragoneus*, & *Egeserus* Saram ministri.

*Leachim*, Archangelus Michael.

*Azarias*, Angelus Custos.

*Christus*, & *Anima hominis*, in Mu-  
sica.

ACTUS

# ACTUS I.

## SCENA I.

*Daphnis Pastor bonus.*

Ego sum Pastor bonus; cognosco  
oves meas, & cognoscunt me meae.

Ego sum Pastor bonus, bonus Pastor  
animam suam dat pro ovibus suis.

Mercenarius autem, qui non est Pastor,  
cujus non sunt oves propriae, videt lu-  
pam venientem, dimittit oves, & fu-  
git, lupus rapit, & dispergit oves; mer-  
cenarius autem fugit, quia mercenarius  
est, & non pertinet ad eum de ovibus.

Ego sum ostium ovium, omnes quot-  
quot venerunt, fures sunt & latrones,  
& non audierunt eos oves. Ego sum  
ostium, per me si quis introierit, sal-  
vabitur, ingredietur, & egredietur, &  
pascua inveniet. Qui non intrat per  
ostium in ovile ovium, sed ascendit  
aliunde, fur est & latro, qui autem in-  
trat per ostium, pastor est ovium, huius  
ostiaris aperit, oves vocem ejus au-  
diunt, & proprias oves vocat nomina-  
tim. Educit eas, & cum proprias oves  
emiserit, ante eas vadit, oves illum se-  
quantur, quia sciunt vocem ejus: alie-  
num



num autem non sequuntur, quis non  
moverunt vocem alienorum (a).

## S C E N A II.

## TITURUS ET MELLÆUS

## Pastores Mercenarij,

*Daph.* Venite filij, audite me (b).  
*Tityr.* Pastores ovium sumus servi  
tui, & nos & patres nostri (c): facie-  
mus quod jubet Dominus (d).

*Daph.* Amen amen dico vobis: Ego  
animam meam pono pro ovibus meis  
(e). Qui non est mecum, contra me  
est, & qui non colligit mecum, di-  
spergit (f).

*Tityr.* Sicut jussisti Domine mihi ser-  
vo tuo, sic faciet servus tuus (g).

*Melib:* Vivit Dominus, & vivit Do-  
minus meus, quoniam in quocunque  
loco fueris Domine mi, sive in monte  
sive in vita, ibi erit servus tuus (h).  
Domine, si oportuerit me mori tecum,  
non te negabo (i).

*Tityr.* Quæ terra te morientem sus-  
ceperit, in ea moriar. Hæc mihi ha-  
ciat

[a] *Joan.* 10. [b] *Pf.* 33. [c] *Gen.* 37  
[d] *Num.* 32. [e] *Joan.* 10. [f] *Luc.* 11  
[g] *2. Reg.* 2. [h] *2. Re.* 15. [i] *Matth.* 26

cat Dominus, & hæc addat, si non  
sola mors me & te separaverit (a).

*Daph.* Nunc ergo filij audite me (b).  
Si quis furatus fuerit ovem, & occi-  
derit, quatuor oves pro una ove: ovem  
nam reddet in quadruplam (c). Ego  
pascam oves meas: salvabo grege[m]  
meum, & non erit in rapinam, judi-  
cabo inter pecus & pecus: & scient,  
quia ego Dominus eorum sum, & ip[s]i  
populus meus (d). Oves meæ vocem  
meam audiunt, & ego cognosco eas,  
& sequuntur me. Ego vitam æternam  
do eis, non peribunt in æternum, non  
rapiet eas quisquam de manu mea (e).  
Vos autem greges mei, greges pascuæ  
meæ (f). Ecce ego do vobis viam vi-  
væ, & viam mortis (g): qui sequitur  
me, vivet, & erit anima sua quasi spo-  
nam (h). Ecce dedi vobis omnem her-  
bam æferentem semen super terram, &  
universa ligna, quæ habent in semetip-  
sis sementem generis sui, ut sint vobis  
in escam (i): & si parva sunt ista,  
adjiciam multo majora (k). Ego lacta-  
bo, ducam in solitudinem, & loquar  
ad cor (l). Omne, quod movetur &

vi-

[a] *Ruth* 3. [b] *Pf.* 33. [c] *Exod.* 22.  
[d] *Ex.* 34. [e] *Joan.* 10. [f] *Exerb.* 34.  
[g] *Jer.* 31. [h] *Jer.* 21. [i] *Gen.* 3.  
[k] *2. Reg.* 12. [l] *Ose.* 2.



vivir, erit vobis in cibum, quasi oleum  
ra virentia tradidi vobis omnia (a)  
Et si parva sunt ista, adjiciam multa  
majora (b).

*Tityr.* Quam magna multitudo dulcedinis  
cedinis tuae Domine! (c) Aperis tuum  
num tuam, & implet omne animal be-  
nedictione (d). Dante te illis, collige  
gent, aperiente te manum tuam, om-  
nia implebuntur bonitate: averte au-  
tem te faciem, surbabitur, auferes spi-  
ritum eorum, & deficient, & in pul-  
verem suum revertentur (e).

*Melib.* Gustate & videte, quam sus-  
vis sit Dominus (f). *Aperit hortus.*

*Daph.* Erit anima eorum quasi hor-  
tus irriguus, & ultra non esurient (g).  
Inebriabo animam lassam, & omnem  
animam esurientem saturabo (h). Sur-  
ge Aquilo, veni Aufer, perfla hortum  
meum, & fluent aromata illius (i).  
Florete flores quasi liliam, & dare o-  
dorem, frondete in gratiam, & quasi  
rosa plantata super rivos aquarum fru-  
ctificate (k). Veniat dilectus meus in  
hortum suum, & comedat fructus po-  
morum (l).

*Tityr.*

[a] Gen. 9. [b] 2. Reg. 12. [c] Psal. 30.  
(d) Psal. 144. (e) Psal. 103. (f) Psal. 33.  
(g) Jer. 31. (h) *ibid.* (i) Cant. 4.  
(k) Eccli. 39. (l) Cant. 5.

*Tityr.* Flores apparuerunt in terra no-  
stra, tempus putationis advenit, sicut  
proculit grossos suos, vineæ florentes de-  
serunt odorem suum (a). Flores par-  
turiunt fructus, floruerunt mala punica.  
mandragora dederunt odorem. In hor-  
tis nostris omnia poma bona & vete-  
ra (b).

*Melib.* Nardus & crocus, fistula &  
cinnamomum, mirra & aloë (c).  
quasi plantatio rosæ in Jericho (d).  
Nons hortorum, puteus aquarum viren-  
tium, quæ fluunt impetu de Libano (e).  
Considerate lilia agri, quomodo cre-  
sunt (f).

*Daph.* Ego flos campi, & liliam con-  
vallium (g); vos autem greges mei.  
Ecce ego judico inter pecus & pecus,  
anietem & hircum: vos greges mei estis,  
& ego Dominus vester (h). Venite in  
hortum meum, comedite avici, & inebri-  
amini chadissimi (i).

*Tityr.* Pascant in hortis, & lilia col-  
ligant (k). Edent pauperes, & satura-  
buntur (l).

*Daph.* Qui operit Cælum nubibus, &  
parat seræ pluviam (m), qui producit

(a) Cant. 2. (b) Cant. 7. (c) Cant. 4.  
(d) Eccli. 24. (e) Cant. 4. (f) Matth. 6.  
(g) Cant. 2. (h) Eccli. 34. (i) Cant. 4.  
(k) Cant. 5. (l) Psal. 24. (m) Ps. 145.



in montibus foenum, & herbam servi-  
 tui hominum, qui dat juvenis escan-  
 iporum, & pullis corvorum invocan-  
 tibus eum (a), consolabitur Dominus  
 Sion, & ponet desertum delicias, &  
 solitudinem quasi hortum Domini (b).  
 Fames non erit in vobis (c). Gerni-  
 ner terra herbam virentem, & facien-  
 tem semen, & lignum pemiferum fa-  
 ciens fructum juxta genus suum (d).  
 Pusillus grex, ex omni ligno comedet,  
 de ligno autem sciscitiae boni & mali  
 ne comedas; in quocunque enim die  
 comederis ex eo, morte morieris (e).  
 Timeo autem, ne sicut serpens Evam  
 seduxit astutia sua, ita corrumpantur  
 sensus vestri, & excidant a simplicitate  
 (f). Propterea Pastores audite verbum  
 Domini, vive ego, dicit Dominus ad  
 vos: Ecce ego ipse judico inter pecus  
 pingue & macilentum (g). Væ pastoribus,  
 qui dispergunt & lacerant gregem  
 pascuae meae (h). Est tempus, ut redu-  
 cantur ad caulas greges (i), quoniam  
 advesperavit (k), donecaspiret dies, &  
 inclinatur umbrae (l). Ambulate dum  
 lucem haberis, ne tenebrae vos compre-  
 hendant (m). Custodite legitima mea  
 [a], cu-

(a) *ibid.* (b) *Is.* 51. (c) *Ier.* 14. (d) *Gen.* 1.  
 (e) *Gen.* 2. (f) 2. *Cor.* 11. (g) *Eze.* 34.  
 (h) *Ier.* 23. (i) *Gen.* 29. (k) *Luc.* 24.  
 (l) *Cant.* 4. [m] *Ionn.* 12.

(a), curam habete alendorum gregum  
 (b). Sobrii estote & vigilate, quia ad-  
 versarius vester Diabolus tanquam leo  
 rugiens circuit, quaerens quem devo-  
 ret (c).

*Tityr.* Ergo dum tempus habemus,  
 operemur bonum (d).

S C E N A III.

*Remanet solus Daphnis.*

*Daph.* C Ras primo mane: oriente  
 Sole (e), ego ipse requi-  
 ram oves meas, & visitabo eas, sicut  
 visitat pastor gregem suum in die, quan-  
 do fuerit in medio ovium dissipatarum,  
 sic visitabo oves meas, & liberabo eas  
 de omnibus locis. Pascam eas in mon-  
 tibus Israel, in rivis & in cunctis sc-  
 dibus terrae, in pascuis uberrimis pascam  
 eas. Ego pascam oves, ego accubare  
 faciam: quod perierat, requiram, quod  
 abjectum, reducam, quod contractum,  
 alligabo, quod infirmum, consolidabo,  
 quod pingue & forte, custodiam (f).

D SCE-

(e) *Lev.* 18, (b) *Gen.* 46. (c) 1. *Pet.* 5.  
 (d) *Gal.* 6. (e) *Ibid.* 9. (f) *Eze.* 34.



## S C E N A IV.

*Daphnis, Leachim, & Azarias.*

*Daph.* **O** Bsecto, Domine, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi (a), quoniam inclinata est jam dies, (b) sol egressus est super terram. Mane proficiscimini in viam vestram (c).

*Leach.* Minime, sed in platea manebimus (d).

*Daph.* Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum (e). Ingredere benedicte Domini, surforis stas: preparavi domum & locum (f). Quæso Domine mi, quia invenit servus tuus gratiam coram te (g). Afferam panillum aquæ, lavate pedes vestros, & requiescite: ponam bucellam panis, confortate cor vestrum, postea transibitis; idcirco enim declinastis ad servum vestrum (h).

*Leach.* Fac, ut locutus es (i) ad Azariam. Mansionem apud eum facies (k).

*Daph.* Ne quæso indigneris Domine, si lo-

- 
- (a) Gen. 19. (b) Luc. 24. (c) Gen. 19.  
 (d) Gen. 19. (e) Gen. 18. (f) Gen. 24.  
 (g) Gen. 19. (h) Gen. 18. (i) Gen. 18.  
 (k) Joan. 13.

si loquar adhuc semel (a). Quo vadere voluisti? (b)

*Leachim.* Ad oves, quæ perierunt domus Israel (c). Nunquid scis, quare venerim ad te? Veni autem, ut docerente, quæ ventura sunt populo tuo. Vir desideriorum intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo; nunc enim sum missus ad te: annuntiabo tibi, quod expressura est in scriptura veritatis (d).

*Daphnis.* Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, nihil in me remansit virium, sed etiam halitus meus intercluditur (e).

*Leachim.* Noli timere vir desideriorum, pax tibi, confortare & esto robustus (f). Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel (g). Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oves non habentes pastorem (h): unusquisque in viam suam declinavit (i).

*Daphnis.* Mirum!

*Leachim.* Non mirum; ipse enim Satanas transfiguratur se in angelum lucis (k). Ecce Satanas expetivit vos,

D 2

ut

- 
- (a) Gen. 18. (b) Gen. 32. (c) Mat. 10.  
 (d) Dan. 10. (e) *ibidem.* (f) *ibidem.*  
 (g) Matth. 15. (h) 3. Reg. 22. (i) Isa. 53.  
 (k) 2. Cor. 11.



ut cribraret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua (a).

*Daphn.* Quomodo possunt hæc fieri? (b).

*Leac.* Amen amen dico tibi, quia quod scinus loquimur, & quod vidimus testamur. (c).

*Daph.* Miror, quod tam cito transierimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam (d), greges mei.

*Leac.* Non mireris, quia dixi tibi (e): & dicit Dominus exercituum: percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis (f).

*Azar.* Noli turbari, ego sanum ducam, & sanum tibi reducam, quem diligis (g). Benedicat tibi Dominus, & custodiat te, & ostendat faciem suam tibi, & misceatur tui, convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem (h).

*Daph.* Iterum pascam, & custodiam pecora mea (i): sicut vigilavi, vigilabo (k).

*Leac.* Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam (l).

*Azar.*

(a) Luc. 22. (b) 2. Jo. 5. (c) Ioan. 3.

(d) Gal. 1. (e) Ioan. 3. (f) Matth. 26.

(g) Tob. 5. (h) Num. 6. (i) Gen. 39.

(k) Jer. 31. (l) Psalm. 126.

*Azar.* Dabit Dominus inimicos tuos, qui consurgunt adversum te, corruent in conspectu tuo: per unam viam venient contra te, & per septem fugient a facie tua (a).

*Leac.* Ego liberabo te de manu perficiorum, & redimam te de manu fortium (b). Confortare igitur, & esto robustus, noli metuere, & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus, ad quaecunque perverneris (c).

---

D 3 ACTUS

(a) Dent. 28. (b) Jer. 15. (c) Jos. 6.



## ACTUS II.

## SCENA I.

Natus Solus.

**M**ala bestia, iste grex quid commeruit? (a) Maledictus eris super terram, maledictus ingrediens, & maledictus egrediens (b). Maledictus eris inter omnia animantia & bestias terræ, super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ (c). Maledicta terra in opere tuo, & spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ (d). Terra proferens spinas & tribulos reproba est, & maledicto proxima, cujus consummatio in combustionem (e), plena veneno mortifero (f). Fiat terra in desolationem, & in sibilum sempiternum (g). Aquæ desertæ erunt, quia aruit herba, defecit gramen, visor omnis interit (h). Converterentur torrentes ejus in picem, humus ejus in sulphur, & erit terra in picem ardentem. Orientur in domibus ejus spinæ & urticæ, erit

(a) *Par.* 21. (b) *Deut.* 28. (c) *Gen.* 3.  
(d) *Ibid.* (e) *Hebr.* (f) *Jac.* 3. (g) *Ier.* 18.  
(h) *Is.* 15.

## Actus II. Scena I. 79

erit cubile draconum, & pascua struthionum. Occurrent daemonia onocentauris, pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubabit lamia, & invenit sibi requiem, ibi habuit foveam ericius, illuc congregati sunt milvi (a). Terribilis est locus iste (b). In sempiternum ascendet fumus ejus, a generatione in generationem: desolabitur, ibis & corvus habitabunt in eo (c). Mala bestia veniet tibi fames in terra tua (d). Parum dormies, modicum dormitabis: pauxillum quiescas, & veniet tibi quasi cursor egestas, & mendicitas quasi vis armatus (e). Projiciam te in desertum super faciem terræ, cades, non colligeris, neque congregaberis. Bestiis terræ & volatilibus cœli dedi te ad devorandum (f). Propter hoc ecce sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria (g). Non effugies de manu, sed comprehensione capieris (h). Greges ovium, debellabo vos in manu extenta, in brachio fortis, in furore & in indignatione, & in ira grandi (i). Ille pascitur inter lilia (k); pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina (l): ille

D 4 pa-

(a) *Isa.* 34. (b) *Gen.* 28. (c) *Isa.* 34.  
(d) 2. *Reg.* 24. (e) *Prov.* 24. (f) *Ezech.* 29.  
(g) *Osè.* 2. (h) *Ier.* 34. (i) *Ier.* 21. [k] *Cant.* 6.  
(l) *Iob.* 31.



panem cœli dedit eis, cibaria misit in abundantia (a); ego cibabo eos abundantio, & porabo eos felle (b), convertentur ad vesperam, famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem (c). Greges ovium, bibentes bibite, & inebriamini, & dormite, & cadite, neque surgatis a facie gladii, quem ego mittam inter vos. (d).

## S C E N A II.

Natas, Tragonemus, & Eggerus.

Natas. **A** Desis omnes filii (e), ad-Tragonemus. Adsum servus tuus (g). Eggerus. Ecce adsum (h).

Tragon. Da imperium tuum servo tuo (i): ad tui oris imperium cum, stus populus obediet (k).

Egger. Juxta imperium tuum in conspectu tuo adsumus (l): argue cum omni imperio (m).

Natas. Audi filii verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentam construe (n). Ignis succensus est in furore.

- (a) Psalm. 77. (b) Jer. 23. (c) Psalm. 28.  
 (d) Jer. 25. (e) Job. 14. (f) Dent. 32.  
 (g) 2. Reg. 9. (h) Gen. 46. (i) Psalm. 59.  
 (k) Gen. 41. (l) Ad. 10. (m) Tit. 1.  
 (n) Job. 4.

rore meo, & ardebit (a), ut eradicem, destruiam, & dispergam (b). In memetipso juravi, quia in solitudinem erit domus hæc (c); ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, abscondetur de ovili pecus, & non erit armentum in præsepibus (d). Ingredietur bestia latibulum, & in antro suorumabitur (e): habitabit in siccitate, in deserto, in terra saluginis, & inhabitabili (f), in fame, in siti, & nuditate (g). in fame, & in gladio, & in peste visitabo super gentem istam (h): sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, quæret, & non inveniet. Exspoliabo eam nudam, & stertuam secundum diem natiuitatis suæ, ponam eam quasi solitudinem, & inersificiam eam sicut (i). Cadaver ejus projicietur ad æsum per diem, & ad gelu per noctem (k); bestis tradetur ad devorandum (l); Veni nobiscum, insidietur sanguini, deglutiamus eam sicut infernus viventem & integram (m).

Tragonemus. Omnia, quæ præcepisti mihi, faciam pater; quomodo autem.

- (a) Dent. 32. (b) Jer. 18. [c] Jer. 22.  
 (d) Habat. 3. (e) Job. 37. (f) Jerem. 17.  
 (g) Dent. 28. (h) Jerem. 27. (i) Os. 2.  
 (k) Jerem. 39. (l) Esach. 33. (m) Prov. 1.



tem hanc requiram, nescio: illa me nescit, & ego eam ignoro. Quod si- gnium dabo ei: Sed neque viam, per quam pergatur illuc, aliquando cogno- vi. Nosti viam? (a)

*Natas.* Novi, & omnia itinera fre- quenter ambulavi (b). Sicut ignis, qui comburit sylvam, & sicut flamma comburens montes, ita persecutis il- lam in tempestate tua, & in ira tua turbabis (c).

*Tragomus.* Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi nimis (d). Sicut ven- tus urens dispergam coram inimico, dorsum & non faciem ostendam ei in die perditionis (e). Diffeminabo eam quasi stipulam, quæ vento raptatur in deserto (f): dabo in manus inimico- rum, & in manus quarentium ani- mam ejus, & erit moricinum in es- cam volatilibus cæli & bestiis ter- ræ (g).

*Aggerus.* Grege ovium moribus agrotantium morientur, non plangen- tur, in sterquilinum super faciem ter- ræ erunt, gladio & fame consumen- tur (h). Fiat terra eorum in desola- tionem, & in sibilum sempiternum (i).

*Nat-*

- (a) *Tob. 5.* (b) *Tob. 5.* (c) *Psalms. 83.*  
 (d) *Psalms. 118.* (e) *Jer. 18.* (f) *Jer. 13.*  
 (g) *Jer. 34.* (h) *Jerem. 16.* (i) *Jerem. 25.*

*Natas.* Pastor ovium scito, & ani- madverte sermonem meum (a). Gre- ges ovium tuarum maledicti (b): ec- ce ego visitabo super eos in malum, & non in bonum (c). Interficiam eos, & dabo in stuporem, in sibilum, in solitudines sempiternas (d). Visitabo super eos quatuor species, gladium ad occisionem, canes ad lacerandum, vo- latilia cæli & bestias terræ ad devo- randum & dissipandum (e). Congre- gamini omnes bestie terræ, properate, properate ad devorandum (f): devora- bunt eos aves moris amarissimo (g). Aperiens terra os suum deglutiat eos, & descendent in infernum viventes (h).

*D. 6. CHORUS*

- (a) *Dan. 9.* (b) *Dent. 18.* (c) *Jer. 11.*  
 (d) *Jerem. 25.* (e) *Jerem. 15.* (f) *Jer. 12.*  
 (g) *Dent. 33.* (h) *Num. 16.*



## CHORUS MUSICUS I.

*Christus. Or Anima peccatoris  
in persona Echus.*

*Christus, recitativ.*

Udite montes  
**A** Israel verbum  
Domini: Ego vox in deserto clamantis.

*Echo. Amanuis.*  
*Christus. Dilecte mi, ubi loquar tibi?*

*Echo. Ibi.*  
*Christus. Ubi, ubi te inveniam?*

*Echo. Veniam.*

*Christus. Equando venies? An tu  
locutus es, quem sic diligo & prote-  
go?*

*Echo. Ego.*  
*Christus. Quis?*

*Echo. Is.*  
*Christus. Quis electus ex mille?*

*Echo. ille.*

*Christus. Quis ille, ad quem clama-  
vi voce magna?*

*Echo. Agna.*  
*Christus. An ergo frueris vita?*

*Echo. Ita.*

*Christus. Ergo caulam repete, me  
pete, me.*

*Echo. Me, me.*  
*Christus. Quem diligit anima mea,  
inveni.*

*Echo. Veni.*  
*Christus. Ego veni, tu quoque ia  
caulam redi.*

*Echo. Edi.*  
*Christus. Quid edisti? an bonum, an  
malum?*

*Echo. Malum.*  
*Christus.*

*Christus. De ligno edisti, ex quo ne  
comederes tibi præcepi? Echo. Cepi.*

*Christus. Quis persuasit, an caro &  
sanguis?*

*Echo. Anguis.*  
*Christus. Ne declines a me, cave.*

*Echo. Vae!*

*Christus. Ecce adsum, veni, sequere  
me.*

*Echo. Quare me.*  
*Christus. Quæsi, & non inveni.*

*Echo. Veni.*

*Christus. Nescio te. Echo. Scio te.*

*Christus. Revertere. Echo. Verrere.*

*Christus. Accede. Echo. Cede.*

*Christus.*

*Aria in Tenore.*

1. *Plorans plorabo.*

*Cur sic amavi te?*

*Cur sic, amabo,*

*Amantem ludis, mea?*

2. *Quærens quæsi*

*Quem centesimam:*

*Quot vias trivi,*

*Ut hanc inveniam?*

3. *Quid rubet lana?*

*An fundam sanguinem,*

*Ut pro te una*

*Me promptum lecho dem?*

*Recit.*



*Recitatio.*

Ergo stat pro te,  
 Pro anima mea  
 Mortis æreinte rea,  
 Fundere sanguinem,  
 Ut a morte liberem  
 Oviculam  
 Deperditam:  
 Pastor bonus vitam dabo,  
 Captam prædam liberabo.

# ACTUS III.

## SCENA I.

*Daphnis.* **Q**uis ex vobis homo,  
 qui habet centum oves,  
 & si perdidit unam ex illis, nonne  
 dimittit nonaginta novem in deserto,  
 & vadit ad illam, quæ perierat, do-  
 nec inveniat eam? Et cum invenerit,  
 imponit in humeros suos gaudens, &  
 veniens domum convocat amicos &  
 vicinos dicens illis: Congratulamini  
 mihi, quia inveni ovem meam, quæ  
 perierat. Aut quæ mulier habens dra-  
 chmas decem, si perdidit drachmam  
 unam, nonne accendit lucernam, ever-  
 nit domum, quarit diligenter, donec  
 inveniat? Et cum invenerit, convocat  
 amicas & vicinas dicens: congratula-  
 mini mihi, quia inveni drachmam,  
 quam perdideram (a). Qui habet au-  
 res audiendi, audiat (b). Ego sum il-  
 le pastor gregum, peridi ex eis quem-  
 quam, Grex perditus similis est thesau-  
 ro abscondito in agro, quem qui in-  
 venit homo abscondit, & præ gaudio  
 illius.

ACTUS

(a) Luc. 15. (b) Mat. 13.



illius vadit, & vendit universa que habet, & emit agrum illum. Icerum similis est homini negotiatori quarens bonas margaritas, inventa autem una preciosa margarita abiit, & vendidit omnia que habuit, & emit eam. In-  
tellexistis hæc omnia? (a)

## S C E N A II.

*Daphnis. & Natas.*

*Natas.* Salve mi frater (b). Saluta-  
te servus tuus (c). Gaudium tibi sit semper (d).

*Daphnis.* Quale gaudium mihi erit,  
qui in tenebris sedeo? (e) Habeo cen-  
tum oves, & perdidit unam ex illis (f).  
*Natas.* Forti animo esto (g), donec  
eam inveniam tecum (h).

*Daphnis.* Notam fac mihi viam, in  
qua ambulem (i). Ubi invenitur, &  
quis est locus ejus? Nescit homo pre-  
ter viter viventium in terra sua-  
inveni (l). Abyssus dicit, non est in-  
me, & mare loquitur, non est me-  
cum: non dabitur aurum obryzum pro-

(a) *ibid.* (b) 2. Reg. 20. (c) 3. Ioan. 3.  
(d) Tob. 5. (e) Tob. 5. (f) Luc. 1.  
(g) Is. 6. (h) Psalm. 131. (i) Psalm. 117.  
(k) Tob. 28. (l) Cant. 5.

22; nec appenderetur argentum in com-  
mutatione ejus, non conferetur in his  
Indiæ coloribus, nec lapidi sardoniocho-  
preciosissimo, & sapphiro, non adæqua-  
bitur ei aurum vel vitrum, nec conti-  
mutabuntur pro ea vasa auri. Excel-  
sa & eminentia non memorabuntur  
comparatione ejus, non adæquabitur  
topazius de Æthiopia, nec incturæ  
mundissimæ componetur. Unde ergo  
venit, & quis est locus? Abscondita  
est ab oculis omnium viventium, vo-  
lucres quoque coeli laet. Perditio &  
mors dixerunt: auribus nostris audivi-  
mus famam ejus (4).

*Natas.* Benedicat tibi Dominus (b):  
dabit tibi petitiones cordis tui (c).  
Venient super te universæ benedictio-  
nes, & apprehendant te. Benedictus tu  
in civitate, & benedictus in agro: be-  
nedictus fructus terræ tuæ, fructusque  
jumentorum, & greges armentorum, &  
caulæ ovium tuarum: benedicta horrea  
tua, benedictæ reliquiæ tuæ: benedi-  
ctus eris tu ingrediens, & egrediens (d).

*Daphnis.* Ut quid Deus repulisti in-  
finem, iratus est furor tuus super oves  
pascuæ tuæ? (e) Ut quid Domine re-  
pellis orationem meam, avertis faciem

tuam

(a) Tob. 28. [b] Num. 6. [c] Psalm. 36.  
[d] Deut. 28. [e] Psalm. 73.



tuam a me? Numquid narrabit aliqui in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione? (a) Ecce quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves meae in devorationem omnium bestiarum agri; neque enim quaesierunt pastores mei gregem meum, sed pascebant semetipsos, & non greges meos. Ecce ego ipse requiram oves meas, liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersae fuerant in die nubis & caliginis. Educam eas de populis, & congregabo eas de tetrīs, inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel, in rivis & in cunctis scabris terrae in pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excellis pascae earum, ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel (b).

## SCENA III.

Natas. **M**aledictus vir (c), perge nunc, perge (d). Fac omnia, quae placent animo tuo, & ego tecum ero, ubicunque volueris (e): et in malum, non in bonum (f). Venient

(a) Psalm. 87. (b) Ezech. 34. (c) 1. Reg. 14.  
(d) Job. 5. (e) 1. Reg. 14. (f) Jer. 21.

nient super te omnes maledictiones, & apprehendent te. Maledictus eris in civitate, maledictus in agro: maledictum horreum tuum, maledicta reliquiae tuae, maledictus fructus terrae tuae, armenta boum & greges ovium tuarum: maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Mitter Dominus super te famem, & increpationem in omnia opera tua, quae facies, donec, conterat te, & perdat velociter. Adjungat tibi Dominus pestilentiam, donec consumet te de terra. Percutiat te Dominus egestate, febris & frigore, ardore & aestu, aere corrupto ac rubiginem persequatur, donec pereas. Sit coelum, quod supra te est, aneum, & terra, quam calcas ferrea. Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos: per unam viam egrediaris contra eos, & per septem fugias. Oves tuae dentur inimicis tuis, & non sit, qui te adjuvet (a).

## SCENA IV.

Nata accedit Tragonomus, & Aegocerus.

Nat. **A**udi fili mi, & suscipe verba mea. Viam sapientiae monstrabo tibi, ducam te per semitas aequi-

(a) Dent. 28.



æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Suscipia verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & vives (a).

*Tragon.* Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore; nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum justificationes tuæ (b).

*Natas.* Ego Dominus vester (c). Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, hoc est maximum & primum mandatum; secundam autem simile est huic (d), odio habebis inimicum tuum (e); in his duobus mandatis universa lex pender, & Prophetæ (ff).

*Tragon.* Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo: bonum mihi lex oris tui super millia auræ & argenti (g).

*Agocerus.* Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo simili sibi sociabitur (h).

*Natas.* Ego sum Dominus vester, Custodite omnia præcepta mea, & universa judicia, & facite ea. Ego sum Dominus vester (i). Quis enim est similis

(a) *Prov.* 4. (b) *Psalms.* 118. (c) *Lev.* 19.  
(d) *Matth.* 22. (e) *Matth.* 5. (f) *Matth.* 22.  
(g) *Psalms.* 118. (h) *Ecclesi.* 13. (i) *Lev.* 19.

illis mei? & quis sustinebit me? quis est ille pastor, qui resistat vultui meo? (a) Persequimini, & persequamur eum, quo modo decipiatur, prævaleamus adversus eum, & consequamur ultionem (b). Mittamus lignum in panem ejus, criadamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur amplius (c). *Tragonem.* Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio (d).

*Natas.* Conserva fili mi præcepta patris tui, liga eam corde tuo jugiter, & circumda gutturi tuo, cum ambulaveris, gradiantur tecum, cum dormieris, custodiant te, cum vigilaveris, loquere cum eis; quia mandatum lucerna est, lex autem lux (e).

*Agocerus.* Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis: ignitum eloquium tuum vehementer, servus tuus dilexit illud (f).

*Natas.* Transfer cor in odium hostis nostri, ut & ipse pereat, & ceteri, qui ei consentiunt (g). Diabolus stet a dextris ejus (h). Deus dereliquit eum, persequimini (i). Non est salus in Deo ejus (k). Non videbit Dominus, nec inteliget Deus Jacob (l).

(a) *Jerem.* 50. [b] *Jerem.* 20. [c] *Jerem.* 11.  
(d) *Joan.* 14. (e) *Prov.* 6. (f) *Psalms.* 118.  
(g) *Ezch.* 14. (h) *Psalms.* 103. (i) *Psalms.* 70.  
(k) *Psalms.* 33. (l) *Psalms.* 93.



*Tragonomus*. Nefarii homines, unquam? (a) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (b) Pastor ovium, sicut enumerantur? (c) Pastorem ovium, sicut enumerantur non possunt stellæ cæli, & metiri?

*Aegoc*. In te inimicos nostros venturum? (d) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (e) Pastorem ovium, sicut enumerantur non possunt stellæ cæli, & metiri?

*Nat*. Indico etiam tibi fili mi (c) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (d) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (e) Pastorem ovium, sicut enumerantur non possunt stellæ cæli, & metiri?

*Tragon*. In se elementa converentur, & quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (d) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (e) Pastorem ovium, sicut enumerantur non possunt stellæ cæli, & metiri?

*Nat*. Nunquid pax potest esse Zambræ? (o) quæ enim conventio Christi ad Belial? (p) quæ communicatio homini ad canem? quæ pars diviti ad pauperem?

- (a) *Esth.* 13. (b) *Psalu.* 43. (c) *Iob.* 4.  
(d) *Eccli.* 13. (e) *Cant.* 2. (f) *Jerem.* 31.  
[g] *Exech.* 30. [h] *Gen.* 37. [i] *Dan.* 7.  
[k] *Psalu.* 71. [l] *Sap.* 19. [m] *Sap.* 16.  
(n) 2. *Macab.* 14. (o) 4. *Reg.* 9. (p) 2. *Cor.* 6.

*Tragonomus*. Nefarii homines, unquam? (a) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (b) Pastor ovium, sicut enumerantur non possunt stellæ cæli, & metiri?

*Aegoc*. In te inimicos nostros venturum? (d) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (e) Pastorem ovium, sicut enumerantur non possunt stellæ cæli, & metiri?

*Nat*. Indico etiam tibi fili mi (c) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (d) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (e) Pastorem ovium, sicut enumerantur non possunt stellæ cæli, & metiri?

*Tragon*. In se elementa converentur, & quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (d) quæ participatio justitiæ cum die ad infernum descendentes, reddent iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? (e) Pastorem ovium, sicut enumerantur non possunt stellæ cæli, & metiri?

## ACTUS

- (a) *Eccli.* 13. (b) 2. *Cor.* 6. (c) *Ier.* 33.  
(d) *Gen.* 3. (e) *Judic.* 8. (f) *Exech.* 34.  
(g) *Zach.* 16. (h) *Par.* 13. (i) *Joan.* 5.  
(k) *Gen.* 37. (l) *Joan.* 14.



# ACTUS IV.

## SCENA I.

*Daphnis felus.*

*Daphnis.* Quid est Israel, quod in veterasi in terra alicna, coinquinatus e cum descendentibus in infernum, quod dereliquisti fontem sapientiae (a). Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes (b). Forastan lates in foveis (c). Quis mihi det, ut te foris inveniam? Reverere, similis s'no caprea, hinnuloque cervorum (d). Reverere, revertere Sunamitis, reverere, ut intueamur te (e). Surge, propra amica mea (f), columna mea, formosa mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium (g). Surge amica mea, & veni (h): veni de Libano, veni coronaberis. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum (i). Columba mea, in foraminibus petrae, in caverna maccinae, ostende mihi faciem

(a) *Bar.* 3. (b) *Cant.* 1. [c] 2, *Reg.* 17. (d) *Cant.* 8. [e] *Cant.* 6. [f] *Cant.* 4. [g] *Cant.* 5. [h] *Cant.* 2. [i] *Cant.* 4.

ciem tuam (a), ut inveniam, & deofculer te, & jam me nemo despiciat. Apprehendam te, & ducam in domum meam (b): extendam manum meam super te, & evolvam de petris (c). Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum (d).

## SCENA II.

*Daphnis, & Tityrus pastor mercenarius.*

*Daph.* Quid venisti? quare dereliquisti pauculas oves in deserto? (e)

*Tityrus.* Oves in inferno posita sunt, mors depascet eas (f).

*Daph.* Non videbis ovem fratris tuisirantem, & pratenbis, sed reduces fratru tuo (g), ovem anniculam, immaculatam (h), de centum novellis ovis (i), optimis gregibus (k).

*Tityr.* Transivi, & ecce non erat, quaesivi, & non est inventus locus ejus (l).

*Daph.* Tolle tecum unum de quibus, E

[a] *Cant.* 2. [b] *Cant.* 8. [c] *Ier.* 51. [d] *Cant.* 8. [e] 1. *Reg.* 17. [f] *Psal.* 48. [g] *Dent.* 22. [h] *Num.* 6. [i] *Ios.* 24. [k] 1. *Reg.* 15. [l] *Psal.* 36. [m] *Psal.* 36.



conspiciens vade, & quere (a). Vide a loco, in quo es, ad Aquilonem, & Meridiem, & Orientem, & Occidentem (b). Interrogate gentes (c). Quereis, & invenietis, cum quaesieritis in toto corde vestro (d). Quereite, dum inveniri potest, invocate, dum prope est (e).

*Tit.* Si jubes, vadam. Deus Dominus fortitudo mea ponet pedes meos quasi cervorum (f).

*Daph.* Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatur vos incolomes, & invenietis omnia recte (g). Bene ambuletis, sit Deus in itinere vestro, & Angelus ejus comitetur vobiscum (h). Mitto vos in medio luporum (i): venient ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces (k).

## S C E N A III.

*Daphnis.* A Djuro vos filiae Jerusalem camporum, num quem diligit anima mea vidistis? (l) Anima mea liquefacta est

[a] 1. Reg. 9. [b] Gen. 13. [c] Jer. 18.  
[d] Jerem. 29. [e] Isai. 55. [f] Hab. 3.  
[g] Job. 10. [h] Tob. 5. [i] Matth. 10.  
[k] Matth. 7. [l] Cant. 3.

est (a): factum est cor meum tanquam cera liquefens in medio mei (b). Adjuvate vos, filiae Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nunciatis ei, quia amore langueo (c).

## S C E N A IV.

*Daphnidi accedit Leachim, & Azarias.*

*Leach.* Qualis est dilectus ex dilecto, quia sic adjurasti nos: qualis est dilectus tuus ex dilecto? (d)  
*Daph.* Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus: caput ejus aurum optimum, comae capitis ejus sicut elatae palmarum, oculi ejus sicut columbae super rivulos aquarum, genae illius sicut areolae aromaton, labia ejus stillantia myrrham primam, species ejus ut Libani, electus ut cedri, & totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, filii Jerusalem (e).

*Azar.* Quo abiit dilectus tuus, quo declinavit? & quaremus eum tecum (f).

*Daph.* Similis est dilectus meus capreae hinnuloque cervorum, venit faciliens in montibus transiliens colles (g).

## E 2

*Leach.*

(a) Cant. 5. (b) Psalm. 21. (c) Cant. 5.  
(d) Cant. 5. (e) *ibid.* (f) *ibid.* (g) Cant. 2.



*Leach.* Ubi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? (a)

*Daph.* In petris manet & in præruptis silicibus, atque inaccessis rupibus commoratio ejus (b). Introibit in speluncas petrarum & in voragines terræ (c), vias quæret & non inveniet (d).

*Leach.* Putas, quare moratur, quare detentus est ibi? (e)

*Daph.* Dereliquit venam aquarum viventium Dominum (f): fodit sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas (g). Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum (h). Per noctes quæsvi, quem diligit anima mea, quæsvi illum, & non inveni (i): quæsvi in speluncis, in abditis, in petris, in antris, & in fisternis (k); quæsvi in scissuris petrarum (l), in universis rupibus terræ (m), in montibus, collibus, & vallibus (n): quæsvi in torrentibus vallium, in omnibus fructibus, & universis terraminibus (o): quæsvi in itineribus, periculis fluminum, periculis latronum, periculis in civitate, periculis in solitudine;

- 
- (a) Jer. 13. (b) Job. 39. (c) Isai. 2.  
 (d) Isai. 20. (e) Job. 10. (f) Jerem. 17.  
 (g) Jerem. 2. (h) Os. 13. (i) Cant. 3.  
 (k) 1. Rom. 13. (l) Abd. (m) Exer. 37.  
 (n) Ex. 6. (o) Isa. 7.

dine: quæsvi in labore & ærumna, in fame & siti, in frigore & nuditate (a): quæsvi, & non inveni, vocavi, & non respondit mihi (b). Surgam & circumbo per vicos & plateas, quarum quem diligit anima mea (c). Viam cito, & videbo (d): vim patiens clamabo (e). Oves meas oportet adducere: vocent meam audient, fiet unam ovile & unus pastor (f).

## S C E N A V.

*Remanent Leachim, & Akarias.*

*Leach.* ¶ Ufus quidem tu es Domine, si disputem tecum, verumtamen justa loquar ad te: quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui prævaricantur, & iniqua agunt? (g) Justi autem interibunt simul? (h) Usquequo lugebit terra, terrajustorum? (i) Consumptum est animal, quoniam dixerunt: non videbit novissima nostra (k). Usquequo exaltabitur inimicus? respice, & exaudi Deus meus (l). Ne tradas bestiis animas consentes tibi,

E 3 & ani-

- 
- (a) 2. Cor. 11. (b) Cant. 5. (c) Cant. 3.  
 (d) 1. Reg. 20. (e) Job 19. [f] Joann. 10.  
 [g] Jerem. 12. (h) Jer. 4. (i) Jerem. 20.  
 (k) Jer. 12. (l) Psal. 12.



& animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem (a).

*Azar.* Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filię Sion (b).

*Leach.* Reverimini unusquisque a via sua mala, & a cogitationibus pessimis, & habitabit in terra, quam dedit vobis Dominus (c). Revertimini, & vite (d).

*Azar.* Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? Insuper reliquias pascuorum conculcatis pedibus vestris, & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis (e).

S.C.E.

(a) *Psal.* 73. (b) *Isa.* 16. (c) *Ier.* 25  
d) *Ex.* 18. (e) *Ex.* 34.

S C E N A VI.

*Prioribus accedunt Tityrus & Melibœus.*

*Leach.* Ululate pastores, & clamate (a). Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges a pastoribus pascuntur? greges autem meos non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis: quod ægrotum, non sanastis: quod contractum, non alligastis: quod abiectum, non redixistis, & quod periciat, non quæsisistis. Propterea audite verbum Domini: dispersæ sunt oves meæ, erraverunt in cunctis montibus, & universo colle excello, & super omnem faciem terræ, dispersi sunt greges mei, & non erat, qui requireret, non erat, inquam, qui requireret (b).

*Azar.* Ululate pastores & clamate, super hoc plangite & ululate (c), expectavimus pacem, & non venit, tempus curationis, & ecce turbatio (d), tempus medetæ, & ecce formido (e).

*Rit.* Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se levavit (f), velocior

E 3 lupis

(a) *Ier.* 25. (k) *Eze.* 34. (c) *Ier.* 4.  
(d) *Ier.* 14. [e] *Ier.* 8. [f] *Ier.* 4.



lupis vespertinis (a): insidians erectus est inimicus (b), rursus insidians factus est mihi leo in absconditis (c): sedet in insidiis cum divitibus in oculis, ut interficiat innocentem, insidiatur in abscondito quasi leo in specula sua (d): terrendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam (e).

*Melib.* Abscondunt odium labia mendacia (f). Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula (g). Ejus maledictione os plenum est, amaritudine & dolo, sub lingua ejus labor & dolor (h).

*Leach.* O pastor, & idolum, derelinquens gregem (i). Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis (k).

*Tityr.* In circuitu impij amulant (l). Laqueum paraverunt pedibus meis, & incurvaverunt animam meam, foderunt ante faciem meam foveam (m). Qui cogitaverunt iniquitates in corde, tota die consuebant praelia: acuerunt linguas suas sicut serpentis, venenum aspi-

(a) Hab. 1. (b) Thren. 1. (c) Thren. 3.  
(d) Psalm. 9. (e) Thren. 3. (f) Prov. 10.  
(g) Psalm. 54. (h) Zach. 11. (i) Ion. 10.  
(k) Psalm. 11. [l] Psalm. 56. [m] Jer. 18.  
[n] Psalm. 139.

apidis sub labiis eorum: cogitaverunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueum, juxta iter scandalum posuerunt mihi (a).

*Melib.* Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, pedes veloces ad effundendum sanguinem (b).

*Leach.* Roboramini, estote viri fortes (c). Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere: stare succincti lumbos vestros in veritate, induiti lorica m justitiae, sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: galeam salutis assumite, & gladium spiritus (d).

*Tityr.* Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcaverunt partem & portionem meam in desertum solitudinis. Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde (e).

*Leach.* Oves non erunt ultra in rapinam in genibus, neque bestiae terrae devorabunt eas, sed habitabant confidenter absque ullo terrore (f).

*Azar.* Ecce ego visitabo, & congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris (g): dicit Dominus vester.

E. 5 *Leach.*

(a) Psalm. 13. (b) 2. Reg. 13. (c) Eph. 6.  
(d) Jer. 13. (e) Eze. 34. (f) Jer. 23.



*Leach.* Pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, in sinu suo levabit, foetas suas ipse portabit (a).

## S C E N A VII.

*Daphnis, Tityrus, & Melibæus.*

*Daph.* O Uid stas hic tota die otiosus? (b)

*Tityr.* Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet adducere (c).

*Daph.* Laudo vos: in hoc non laudo (d). Oportet unum facere, & alterum non omittere (e). Fortius ite ad oves meas, quæ perierunt (f): non est voluntas ante patrem vestrum, ut pereat unus de pusillis istis (g): omnes animæ meæ sunt (h). Ego veni ut vitam habeant, & abundantius babeant (i).

*Melib.* Audivi sermone tuos, quos locutus es ad me (k). Ego novi, quia pater meus dies computat, & cruciatur spiritus in ipsis (l). Erraverunt in solitudine.

[a] Isa. 40. [b] Matth. 20. [c] Ion. 10.  
[d] 1. Cor. 11. [e] Mat. 23. [f] Mat. 10.  
[g] Mat. 18. [h] Exc. 18. [i] Ioan. 10.  
[k] 1. Reg. 28. [l] Job. 10.

litudine, in inaquoso, viam habitaculi non invenerunt (a).

*Daph.* Væ illis, quia recesserunt a me (b).

*Tityr.* Omnes, qui te derelinquunt, confundentur, recedentes a te in terra scribentur (c).

*Daph.* Nolo moriem morientis. Vos autem quærite, & invenietis (d).

*Tityr.* Perrexi ad investigandum etiam super abjectissimas petras, quæ solis flammis perviæ sunt [c]. Laboravi clamans, rauca factæ sunt fauces meæ [f].

*Melib.* Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei [g]. Attenuati sunt oculi suspicientes in excelsum [b].

*Daph.* Quærite solcite, & diligenter [i]: qui enim perseveraverit in finem, salvus erit [k].

## E 4 SCE-

[a] Psal. 100. [b] Bar. 3. [c] Jer. 17.  
[d] Luc. 11. [e] 1. Reg. 24. [f] Psal. 68.  
[g] Psal. 82. (h) Ezech. 3. [i] Dent. 13.  
(k) Mat. 10.



## S C E N A VIII.

*Deph.* U<sup>U</sup> Sequo deliciis dissolveris  
 si Dominum tuum eo tempore, quo  
 ducebat te per viam: & nunc quid tibi  
 vis in via Aegypti, ut bibas aquam tur-  
 bidam? [c] Heu, heu! ut quid te mi-  
 simus peregrinari? lumen oculorum no-  
 strorum, baculum senectutis, solatium  
 vite, spem posteritatis nostræ. Omnia  
 simul in te habentes, te non debuimus  
 dimittere a nobis [c]. Montes Gélboe,  
 nec ros nec pluvia veniat super vos,  
 quia ibi abjectus est elypeus fortium  
 [d], desiderium collium æternorum  
 [e]. Vadam: & liberabo [f]. De ore  
 Leonis libera me Domine, & a corni-  
 bus unicomium humilitatem meam [g].

## ACTUS

(a) *Isr.* 31. (b) *Jer.* 2. (c) *Cob.* 10.  
 (d) *3. Reg.* 1. (e) *Gen.* 49. (f) *4. Reg.* 19.  
 (g) *Psal.* 21.

109  
 ACTUS V.  
 S C E N A I.

## M U S I C A.

*Natas cultum in macello accens ad ma-  
 stendam oviculam.*

## IN CANTU RECITATIVO.

**G** Aude laboriosa dextera,  
 Pingui fueris victima:  
 Mox præda erit parata,  
 Meo palato destinata.  
 Brevi, brevi veniam,  
 Jam jam decanto rianiam.

## A R I A I N B A S S O.

1. **D** Evota telo victima  
 In nostra es lapsa retia.  
 Gulam lues ovicula  
 Rimante me tibi viscera.
2. I nunc, pastorem propere  
 Ad proprium revertere,  
 Cautam priorem repete:  
 Mox ferrum tinges sanguine.

## S C E -



*Natas, Tragonomus, & Egocerus.*

*Nat.* **C** Anite tuba in Sion [*a*]: gaudete & laudate simul [*b*] in jubilo & clangore buccinae [*c*]. Annuntiate in Juda, & in Jerusalem auditum facite, loquimini & canite in terra: clamate fortiter, & dicite [*d*]: vivat Rex [*e*]. Gaudete gaudio universo [*f*], gaudium meum impletum est [*g*], quia captus est grex Domini [*h*]: Vos eritis, sicut Dii [*i*]: ego in Coelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo [*k*].

*Tragon.* Audivimus, & gavisi sumus [*l*]. Leo cepit praedam carulis suis [*m*]: devorabimus, en ista est dies, quam expectabamus, invenimus, vidimus [*n*].

*Egocer.* Domine mi Rex, gaudebit secum cor meum [*o*], & exultabunt ienes.

- 
- (a) *Isa.* 2. (b) *Isa.* 52. (c) 2. *Reg.* 6.  
 (d) *Jerem.* 4. (e) 3. *Reg.* 1. (f) *Isa.* 66.  
 (g) *Ioan.* 3. (h) *Jer.* 13. (i) *Gen.* 3.  
 (k) *Isa.* 14. (l) 1. *Mach.* 10. (m) *Neb.* 2.  
 (n) *Thren.* 2. [o] *Prov.* 23.

renes mei [*a*]. Sume cytharam, bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit [*b*].

*Nat.* Nomini meo adscribatur victoria [*c*]. Victoriae hujus gaudium, dierum festivitatis in numero sanctorum dierum accipiat [*d*].

*Tragon.* Victoriae & prosperitatis sponso-rem cum virtute Dominum habemus [*e*] canentes atque resonantes [*f*]: vivat Rex.

*Nat.* Venite, celebremus nomen nostrum [*g*] in gaudio & canticis. Jubilate montes laudem [*h*], jubilate in voce exultationis [*i*]. In terra nostra sit gaudium honor & tripudium [*k*], vox gaudii, & vox letitiae [*l*]. Captus est grex Domini [*m*]; praevalui adversus eum [*n*].

*Tragon.* Euge, euge, viderunt oculi nostri [*o*]. in laqueo isto comprehensus est [*p*], immisit enim in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat [*q*].

*Egocer.* Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum stris. Abscondita est pedica ejus, & decipula illius.

- 
- (a) *Exod.* 15. (b) *Isa.* 23. (c) 2. *Re.* 12.  
 (d) *Judith.* 16. (e) 2. *Mach.* 10. (f) 1. *Par.* 2.  
 (g) *Gen.* 11. (h) *Isa.* 49. (i) *Psal.* 46.  
 (k) *Esph.* 8. (l) *Jerem.* 33. (m) *Jer.* 13.  
 (n) *Psal.* 12. (o) *Psal.* 34. [p] *Psal.* 9.  
 (q) *Iob.* 13.



illius super semitam: undique terrebum eum formidines, & involvent pedes ejus: attenuetur fame, & inedia invadat costas: devoret pulchritudinem ejus primo. genita mors, & calcer super eum quasi Rex interitus [a].

Nat. Mala bestia, si homo Dei sum, descendat ignis de caelo, & devoret te [b].

## S C E N A III.

Leachim, Azarias, & priores.

Leach. Nolite exaltare cornu, nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui adversus Deum iniquitatem, quoniam Deus iudex est, hunc humiliat, & hunc exaltat [c].

Azar. Finita est pugna (d), & potestas tenebrarum (e).

Nat. In qua potestate haec facis? [f]  
Leach. Interrogabo vos & ego sermo- nem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua potestate haec facio [g]. Quis ut Deus? [h] Fulmine dissipatur Nates cum suis.

Nat. Heu, heu!

Leach. Quis Deus praeter Dominum, aut quis Deus praeter Deum nostrum? [i]

SCE-

(a) Job 18. (b) 4 Reg. 10. (c) Psal. 74.  
(d) 2. Par. 18. (e) Luc. 22. (f) Matth. 21.  
(g) Mat. 21. (h) Apoc. 12. [i] Psal. 77.

## S C E N A IV.

Leachim, Azarias, Tityrus, & Melibans.

Leach. Nolite timere, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo [a]. Grex perditus, populus meus [b] inventus est. Et hoc vobis signum, inventis [c] vinculum solutum.

Tityr. Quis dimisit liberum, & vincula ejus quis rupit? [d].

Leach. Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus [e], eduxit de tenebris, & umbra mortis, vincula dirupit, quia contrivit portas aëreas, & veteres ferreos confregit [f].

Azar. Angelus Domini apprehendit daemionium, & religavit illud in deserto superioris Aegypti [g]: apprehendit serpentem antiquum, qui est Satan, ligavit eum, misit in abyssum, clausit & signavit super illum, ut non seducat amplius gentes [h].

Melib. Quid possumus dare vivo isti sancto, quam incedem dabimus ei? quid

[a] Luc. 2. [b] Jerem. 50. [c] Luc. 2.  
[d] Job 33. (e) Psal. 71. (f) Psal. 106.  
(g) Tob. 5. [h] Apoc. 20.



quid dignum poterit esse beneficis ejus?  
[a]

*Leach.* Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viventibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Sacramentum Regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare & confiteri honorificum. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam ocium sermonem: cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram, ipsum benedicite, & cantate illi: videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego invisibili cibo & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor. Tempus est ergo, ut revertar ad eum, qui me misit; vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus [b].

## S C E N A V.

*Remanent Tityrus, & Melibœus.*

*Tityr.* **D**omine Deus, qui facis misericordiam, magnus confilio & incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti, & eduxisti populum tuum in manu robusta, inbra-

[a] *Tob. 12.* [b] *Tob. 12.*

brachio extento, in terrore magno [a], tu dirupisti vincula [b], tu liberasti nos [c].

*Melib.* Pastor, qui pascit gregem, ecce quomodo amabat eum [d]. Quotidie exiliens circumspiciebat, & circuibat vias omnes, per quas remeandi spes videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem [e]. Habebat ovem parvulam, quam emerat & nutriterat, quæ creverat apud eum cum filiis suis simul, de pane illius comedens & de calice bibens, eratque illi sicut filia [f].

*Tityr.* Quid faciemus forori nostræ in die, qua alloquenda est? si murus est, ædificemus super eam propugnacula argentea, si ostium est, compingamus eam tabulis cedrinis [g].

*Melib.* Transcimus, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis [h].

## S C E

(a) *Ier. 32.* (a) *Psal. 115.* (c) *Judic. 8.*  
[d] *Joan. 11.* [e] *Tob. 10.* [f] 2. *Reg. 12.*  
(g) *Cant. 8.* (h) *Luc. 2.*



## S C E N A VI.

*Daphnis, Tityrus. & Melibæus.*

*Daph.* [ Liberati sumus [a]. Con-  
gratulamini mihi: quia inveni ovem  
meam, quæ perierat: inveni drachmam,  
quam perdideram; congratulamini mihi  
[b]. Inveni, quem diligit anima mea,  
tenui eum, nec dimittam [c]. Ego di-  
lecto meo, & ad me converso ejus [d].  
*Tityr.* Gaudeo, & congratulor; id  
ipsum & vos gaudete [e].

*Melib.* Desiderium si compleatur, de-  
lectat animam [f].

*Daph.* In charitate perpetui dilexi te,  
ideo attraxi te miserans. Miserans mi-  
serabor: quia conturbata sunt viscera  
mea super te [g].

*Tityr.* Fortis est ut mors dilectio;  
dura sicut infernus amulatio, lampades  
ejus lampades ignis atque flammarum.  
Aque multe non potuerunt extinguere  
charitatem, nec flumina obruent illam.  
Si dederit homo omnem substantiam  
domus suæ pro dilectione, quasi nihil  
despiciet eam [h].

*Melib.*

(a) *Psal.* 134. (b) *Luc.* 15. (c) *Cant.* 3.  
(d) *Cant.* 7. (e) *Phil.* 2. (f) *Prov.* 13.  
(g) *Ier.* 31. (h) *Cant.* 8.

*Melib.* Quis miserebitur percussio a

serpente? [a].

*Daph.* Ecce ego convertar, & mise-  
rebor [b].

*Tityr.* Quis potest facere mundum  
de immundo conceptum semine, nonne  
tu qui solus es? [c]  
*Daph.* Volo, mundare [d]. A vul-  
neribus tuis sanabo te.

*Melib.* Insanabilis fractura tua [e]  
*oviculam, quam gessat Daphnis*] pessi-  
ma plaga, curationum utilitas non est  
tibi [e].

*Tityr.* Nunquid viveret? morte mo-  
rietur.

*Daph.* Non morietur, sed viveret: vi-  
ta viveret, & non morietur [f]. *Suspi-  
ciens in Cælum.* Ad te, Domine, sa-  
ciem meam converto, ad te oculos meos  
dirigo: peto, Domine, secundum vo-  
luntatem tuam fac mecum, mori ma-  
gis quam vivere [g].

*Tityr.* Quid hoc audio de te? [h]  
Non concidat vultus tuus, & pallor?  
Iqui faciem tuam obtinet, abscedat a  
se (i).

*Daph.* Tristis est anima mea usque ad  
suos-

[a] *Eccli.* 12. [b] *Ier.* 22. [c] *Iob.* 14.  
(d) *Mat.* 1. (e) *Ier.* 30. (f) *Ezech.* 18.  
(g) *Tob.* 3. (h) *Luc.* 16. (i) *Ludib.* 6.



118 *Aëus V. Scena VI.*

mortem (a) præ amoris magnitudine:  
facies tris, & plaga cordis, manus  
debilis, & genua dissoluta (b).

*Tiyr.* Ante languorem adhibe medi-  
cinam (c), medicamentum vitæ & im-  
mortalitatis (d).

*Daph.* Qui amat animam suam, per-  
det eam (e).

*Melib.* Ut quid perditio hæc (f), Vi-  
vat anima tua, Domine.

*Tiyr.* Longo vivas tempore, & bene  
sit tibi in terra (g): in sempiternum  
vive (h).

*Daph.* Vivo ego, quia morietur ani-  
ma mea (i).

*Tiyr.* Quis defraudat vitam? mors  
(k).

*Daph.* Econtra mortem vita (l).

*Melib.* Pater, relinquis orphanos? (m)

*Daph.* O filii bene valete (n). In  
ultimo spiritu constitutus ad vos clami-  
ro, & vox mea ad filios hominum (o).  
Ego animam meam pono pro ovibus  
meis (p).

*Tiyr.* Heu Domine, ecce quomodo  
amabat (q).

C H O-

- (a) *Mat.* 26. (b) *Eccli.* 25. (c) *Eccli.* 18.  
(d) *Il. d.* 6. (e) *Ioan.* 12. (f) *Mat.* 26.  
(g) *Psalm.* 5. (h) *Dan.* 2. (i) *Iob.* 39.  
(k) *Eccli.* 31. (l) *Eccli.* 33. (m) *Ioan.* 14.  
(n) 2. *Matth.* 10. (o) *Prov.* 8. (p) *Ioan.* 10.  
(q) *Ioan.* 11.

## CHORUS MUSICUS II.

*Christus, & Anima perdita.*

*Christus recitat.* Memoria memor  
in me anima mea. Factus sum sicut pel-  
licanus solitudinis, fundens pro anima  
mea perdita rivum sanguinis. Ecce pa-  
rent vulnera, jam accede anima.

*Anima.* Jam te de cruce pendulum  
Agnosco meum Dominum,  
Amore te reciproco  
Amare nunc desidero.

## ARIA IN TENORE,

1. **P** Ecceatum perpetrare  
Est semet neci dare,  
Est Deum abnegare,  
Eique insultare,  
Velles hunc annihilare,  
Modo posses perpetrare.
2. Hoc ipsum tu fecisti,  
Dum Deum offendisti,  
Offenso illuisti,  
Illusum occidisti,  
O peccator contemplare,  
Quam horrenda res peccare,  
*Anima, recit.* Doleo, doleo  
Lugubri animo,

Te



120 *Chorus Musicus II.*

Te tot peccatis  
Offensum a me.  
Pœnitet, pœnitet,  
Quis mihi vires det,  
Quibus, ut dignus es,  
Diligam te?

ARIA IN CANTO,

1. **A**gnosco errorem,  
Amplector amorem,  
Quo ovem retentam,  
Sed tandem inventam  
Amplecteris me.  
Nunc dixi, nunc cœpi,  
Proposuit cepi,  
Stat firma voluntas,  
Me nulla voluptas  
Aveller a te,  
2. **Q**uid reddam amanti?  
Non facio tanti  
Mundanos amores,  
Mundanos honores,  
Quam te mea lux.  
**Q**uicunque adestis  
Gemitibus meis,  
Quod per me videtis  
Ipsi facietis:  
**En Domini Crux,**